This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

EX BIBLIOTHECIS GUDBRANDRI VIGFUSSON et FRIDERICI YORK POWELL olim alumni, partim ab hoc legatis, partim emptis, a. MCMIV.

A 2 13 24

Digitized by Google

[illegible] Lowell
Stud [illegible] 1885

Digitized by Google

Digitized by Google

HUNGURVAKA,

PALS BISKUPS SAGA,

ok

ÞATTR AF THORVALLDI VIDFÖRLA.

EX LEGATO MAGNÆANO.

Apud SEVERINUM GYLDENDAL.

Digitized by Google

Digitized by Google

HUNGURVAKA,

sive

Historia primorum qvinqve Skalholtensium in Islandia Episcoporum,

PALS BISKUPS SAGA,

sive

Historia Pauli Episcopi,

&

PATTR AF THORVALLDI VIDFÖRLA,

sive

Narratio de Thorvalldo Peregrinatore,

Ex Manuscriptis Legati Magnæani,

cum Interpretatione Latina, annotationibus, Chronologia, tabulis Genealogicis, & Indicibus, tam rerum, qvam verborum.

HAFNIÆ 1778.

Ex Typographeo Regiæ Universitatis apud Viduam A. H. GODICHE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem.

Jam dudum eſt, qvod orbi erudito polliciti ſumus, tam *Hungurvakam*, Kriſtniſagæ proxime ſubjungendam, qvam alia, ex amplisſimo penu Magnæano promenda, rerum noſtrarum borealium monumenta; qva in re præſtanda, ſpe votoqve tardius nonnihil qvod ſimus progreſſi, in cauſa fuere nonnulla, qvæ opus molientibus ſe obtulere impedimenta, non omnia gravia qvidem, ſed qvæ ta-

Digitized by Google

men erant amovenda, & ſerius amota ſunt: hinc otii defectus & ab aliis negotiis prærepta opportunitas, illinc objectæ à morbis difficultates, & hominum operi miniſtrantium facta mutatio.

Ut fidem igitur liberemus, prodeunt hic in lucem tria in uno lecta volumine antiqvæ noſtræ hiſtoriæ monumenta, qvæ res Eccleſiæ borealis, Islandicæ ſpeciatim tractant, primum generalius, nempe complectens qvinqvè primorum Epiſcoporum Skalholtenſium hiſtoriam, qvod ex promiſſo dudum debemus; alterum *Pauli* Skalholtenſis Epiſcopi vitam ſpeciatim exponens; & tertium ſuccinctam exhibens de *Thorvalldo* qvodam *Kodrani* filio, *Vidförla* ſive Peregrinatore cognominato, narrationem.

Tres hi rerum Islandicarum commentarii, leni illa facundia & ſimplice ſermonis genere ſcripti, qvem animadverti-

Digitized by Google

vertimus in Christianismi historia & historia *Gunnlaugi*, antea à nobis editis, ut auctaria atqve appendices considerari possunt recens dictæ historiæ Christianismi s. Kristni-sagæ, insignemqve præstabunt usum avidis cognoscendi religionis Christianæ per Islandiam nostram progressum, nec non primorum & principum hominum, qvi dictam ibi religionem promoverunt aut firmarunt, adde, scriptorum ipsiusqve seculi genium, characteres moresqve. *Facient hæc, ut si* res qvædam, qvæ in *Pauli* Episcopi vita, nec non in brevi de *Thorvalldo* narratione occurrunt, exiles levesqve videantur, eæ facile excusari & possint & debeant. Qvam etiam ob rem, non est, qvod metuamus, ne qvæ in dicta *Thorvalldi* historia occurrit, sive narratio, sive fabula, de genio, Saxi ingentis incola, ab Episcopo *Friderico*,

Digitized by Google

precibus & aqva luſtrali in exilium pulſo, indignam videatur reddere, qvæ in lucem protrahatur: & pauca enim hæc ſunt, & nil niſi genium ſeculi, omnibus fere gentibus communem ſpirant, ſcriptoremqve Monachum produnt, cætera ſcriptoris fidei ne minimum qvidem detrahunt; præcipue ſi rite cogitemus, ab antiqviſſimis retro temporibus, majorum noſtrorum animis fixam adeo ſediſſe, & per totum medium ævum viguiſſe opinionem, loca fere omnia, flumina, lacus, montes, ſaxa & lapides geniorum eſſe habitacula, vid. *Jo. Erici* ſpecimen Obſervationum ad Antiqvitates Septentr., obſervat. 2da de Geniis, ut eam poſt coeptum Religionis Chriſtianæ in Islandia cultum, cum cæterorum hominum, tum ſcriptorum mentibus hæſiſſe, minime ſit mirum, nec veri abſimile.

Primum

Digitized by Google

Primum commentarium *Hungurvakam*, ſive famis excitamentum, vocare placuit ſcriptori, qvi ipſe hujus nominis cauſam nos docet, dicens in proœmio ſive capite 1mo, pag. 3.: "ita „ cum multis, non ſolum indoctis, ſed „ & imperitis, comparatum eſſe ſe „ judicare, ut hoc libro perlecto, mul„ tiplici deſiderio afficiantur, originem „ vitamqve cognoſcendi virorum, qvi „ in his (Islandiæ) claruerunt regioni„ bus &c." Pro more recepto antiqvis. noſtris Scriptoribus fere omnibus, nomen profeſſus non eſt dictæ *Hungurvakæ* ſcriptor, nec proditum ab aliis invenimus. Attamen de ipſius ſcripti ætate, & tempore qvo vixit auctor, non adeo impedita erit qvæſtio.

Sub finem Seculi XII, qvo ipſo ut & proxime ſeqvente ſeculo, in hiſtoria ſcribenda præcipue occupati erant

Digitized by Google

Islandi, ſcriptorem noſtrum vixiſſe, rebusqve qvas ſcripſit, aut ætate æqvalem, aut certe proximum fuiſſe, indicant ſeqventia. 1) in prooemio libri dicit, cum ex aliorum celebrium hominum, tum ſpeciatim ex doctiſſimi viri, *Gitzuri Halli* filii, ore & narrationibus ſe ſua hauſiſſe, qvi *Gitzurus* circa annum 1181 Islandiæ fuit Legifer, & anno 1206 ſenex obiit. vid. p. v. *Finni Johannæi* Hiſtor. Eccleſ. Islandiæ Tom. 1. pag. 195, & Kriſtni-Saga, pag. 188. 2) qvorum vitam narrat noſter, Epiſcoporum ultimus eſt *Klængus*, qvi anno 1178 morte eſt functus. 3) memorat noſter, cap. XIX, pag. 130, Islandiam neminem Sanctum habere, præter *Thorlakum* Epiſcopum, qvi Sanctorum ordini adſcriptus eſt, anno 1198: aſt præter eum, anno 1200, in album Sanctorum relatus eſt *Jonas Ogmundi* filius, primus

Digitized by Google

primus Holenſis Epiſcopus. vid. nota (89) pag. 131. *Hungurvakæ* noſtræ adſcripta. Qvæ rite penſitata, & in unum juncta, haud obſcure indicant, poſt annum 1198, aut etiam poſt annum 1206, vixiſſe vel vivere potuiſſe ſcriptorem *Hungurvakæ*, ſed intra biennium ſcripſiſſe, qvod ab anno 1198 ad an. 1200 effluxit. Plura hac de re dabunt, qvæ ex præfatione Tomi IV Hiſtoriæ Eccleſ. Islandiæ transſcripta hic noſtra fecimus (*). Nec eſt, qvod pro-

(*) Ibi auctor ſ. v. ita: " *Hungurvaka*, inqvit. ſ. *je-*
„ *juna vigilia* (id enim nominis operi imponere au-
„ tori placuit) compendium vitarum qvinqve pri.
„ morum dioeceſeos Skalholtinæ epiſcoporum con-
„ tinens, & circa aut paulo ante annum 1200
„ ſcripta; hoc enim anno Johannis I Holenſium
„ Epiſcopi ſanctitas innotuit, cum contra hic au-
„ tor ſolum, cum ſcriberet, inter Islandos, *Thor-*
„ *lacum* epiſcopum pro ſancto habeat. Scriptor
„ qvis ſit ignoratur; qvæ vero ſcripſit, ipſe in
„ præfatione profitetur ſe excepiſſe ex ore viri ſuo
„ ſeculo doctiſſimi *Giſſuri Halli* filii, qvi qvondam
„ *Sigurdi*

Digitized by Google

prolixiores hic ſimus, in notando errore

„ *Sigurdi* Bronchi, Norvegiæ Regis, aulæ Ma-
„ giſter, & Islandiæ per plures annos Legifer fue-
„ rat, tandemqve anno 1206 valde *Grandævus* vi-
„ tam cum morte commutavit; unde de narratio-
„ num, qvippe qvæ tam gravem tantæqve digna-
„ tionis virum autorem agnoſcunt, veritate dubi-
„ tare non poſſumus; annorum vero computatio,
„ qvam ſcriptor ſecutus eſt (ut Hiſt. Eccleſ. T. III.
„ p. 201. not. (a) pluribus monui) pasſim vitioſa
„ eſt; qvemlibet enim epiſcopum ſeptem annis ve-
„ tuſtiorem facit, atqve re vera eſt; idqve, ut vi-
„ detur, qvia ſtatim ab initio in anno, qvo Islei-
„ fus Epiſcopatum obtinuit, erravit, & deinde ab
„ eo annos officii cujuslibet epiſcopi recte qvidem
„ numeravit, ſed ad annos æræ chriſtianæ perpe-
„ ram retulit; qvi error calculi, per totum librum
„ continuatus, efficit, ut uni & alteri Pontificum
„ Romanorum tribuat, qvæ ſucceſſori tribuenda
„ erant. Cætera liber multa bonæ frugis habet ad
„ hiſtoriam eccleſiaſticam pertinentia, multasqve
„ voces rariores, qvæ eis temporibus in uſu fue-
„ runt; cum vero, ex relatione b. *Aruæ Mag-*
„ *næi*, nulla ejus exemplaria hodie ſuperſint,
„ Apographis, qvæ epiſcopi *Thorlacus* & *Sveno-*
„ *nius* ſuperiori ſeculo exarari curaverunt, anti-
„ qviora, menda, qvæ præ ſe fert, corrigi nunc
„ neqveunt, niſi ex conjecturis.

Digitized by Google

rore calculi, qvo uſus eſt ſcriptor in annis computandis, ſeptem integros annos à vero variantis, cum hac in re otium nobis faciant, tam recens dicta, qvam qvi plenius rem tractavit, ſ. v. *Johannis Finnæi*, hodie Epiſcopi Skalholtenſis vigilantisſimi induſtria, in annotationum decima qvarta, qvibus ſcriptoris noſtri narrationibus lucem affudit.

Qvæ de ætate ſcriptoris *Hungurvakæ* ſupra diximus, firmabunt, & poſt annum non ſolum 1206, ſed etiam 1211 eum ſuperſtitem fuiſſe, monſtrabunt ſeqventia. Qvi *Hungurvakam* ſcripſit, idem omni procul dubio fuit auctor *vitæ Pauli Epiſcopi:* id enim indicat, tum ſtilus in utroqve idem, tum plura alia, ſpeciatim idem fere in utroqve ſcripto epilogus; ſcriptorem vero recens dictæ vitæ, non tan-

Digitized by Google

tantum *Pauli* Epiſcopi tempore vixiſſe, ſed etiam mortuo fuiſſe ſuperſtitem, tam indicant hæc verba, qvæ habentur ad calcem capitis 18, pag. 242: *Pau-* " *lus* Epiſcopus ſe & illum Deo omni- „ potenti commendavit, anteqvam „ ipſum nobis auferabat mors," qvam qvæ mox ſubjungit ſcriptor, ad initium capitis, proxime ſeqventis 19, ubi ita: " nos, inqvit, amicorum ejus „ intimi, ei ſuperſtites, ea re nobis „ videbamur beati, qvod omnia fere „ reliqvit emolumenta, qvæ relin- „ qvere nobiliſſimo homini datur & „ præſtantiſſimo." Qvæ igitur ad oculum monſtrant, proxime aut non diu poſt *Pauli* Epiſcopi mortem qvæ anno 1211 contigit, ſcripſiſſe auctorem noſtrum.

Nobis face aliqva hoc forte præ-lucebit, ad dicti ſcriptoris nomen inveniendum. Qvodſi conjecturæ dabitur

Digitized by Google

bitur locus, veri haud abſimile erit, tam *Hungurvakæ*, qvam vitæ *Pauli* Epiſcopi auctorem fuiſſe *Magnum*, qvi anno 1215. ipſe ad dignitatem Epiſcopi Skalholtenſis evectus eſt. Hic ſupra memorati *Giſſuri* erat filius, ex cujus ore ſe profitetur ſua hauſiſſe; hic à *S. Thorlako* educatus & eruditus; hic cathedræ Holenſis cum *Gudmundo* candidatus, ſed huic poſtpoſitus, vid. Hiſtor. Eccleſ. Island. Tom. 1. p. 307. Hinc *Giſſuri* in noſtro erudiendo ſtudium; hinc *S. Thorlako* cumulatæ laudes; hinc contra in vita *Pauli* Epiſcopi iniqvi in *Gudmundum* Epiſcopum animi ſignificatio, in cujus vituperatione, veluti in *Pauli* Epiſcopi laudibus, totus fere ubiqve eſt, homo alias in vitiis Epiſcoporum haud acutè cernens, aut ſi qva fuerint, ſtudioſe tegens.

Hic qvoqve, occaſione ſe nobis offerente, non eſt prætermittendum, qvi

Digitized by Google

qvi fuit ſcriptor *Hungurvakæ* & vitæ *Pauli* Epiſcopi, eundem etiam ſcripſiſſe *vitam S. Thorlaki*, qvam manuſcriptam habemus. Hoc tum alia indicant, cum qvæ *Hungurvakam* claudunt ſeqventia pag. 138: "jam ad ea, „ qvæ de b.: *Thorlako* epiſcopo ſunt „ referenda, noſtra deducta eſt nar„ ratio; cujus qvidem hiſtoria, ut bo„ nos oblectet, utqve rerum geſta„ rum ſervet memoriam, hic eſt com„ poſita, eodem modo, qvo ſuprà „ ſcriptæ cæteræ hiſtoriæ." Qvodſi igitur *Hungurvakam* & vitam *Pauli* Epiſcopi ſcripſit Magnus Epiſcopus, ſcripſiſſe qvoqve *vitam S. Thorlaki*, recens allata haud obſcure indicant.

Thorvaldi hiſtoria alium certe, & qvem ipſa prodit narratio, Monachum ſine dubio habuit auctorem, qvi ætate anteceſſiſſe videtur ſcriptorem Kriſtnisagæ ſive Hiſtoriæ Chriſtianismi,

Digitized by Google

mi, ſed vixiſſe poſt tempora *Gunnlaugi* Monachi, mortui anno 1218, utpote qvam *Thorvaldi* hiſtoriæ ſcriptor loqvitur pag. 298, nec non pag. 322, & narrationis ſuæ auctorem citat; niſi hæc non ab initio adfuiſſe, ſed manu recentioris eſſe adſcripta, exiſtimare vellemus: qvod ut verum eſſe poſſit, ita nec abſurda erit ſuſpicio, *Gunnlaugum* ipſum forte hiſtoriæ *Thorvaldianæ* eſſe ſcriptorem, qvi cum nomen aperte profiteri nollet, id enim iſtorum ſeculorum mos non ferebat, tamen hoc pacto obſcure & tecte indicare voluit. Monachus certe fuit ſcriptor dictæ hiſtoriæ, & ſermonis genus idem fere, qvo in ſcribenda Regis *Olafi Tryggvii* filii hiſtoria uſos eſſe *Gunnlaugum* & *Oddum* Monachos, monſtrant qvi ſuperſunt dictæ hiſtoriæ codices, qvalem eam hodie habemus. Nec prætermittendum, qvod ad rem

Digitized by Google

illuſtrandam nonnihil faciet, eodem modo, qvo narratio de *Thorvalldo* loqvitur *Gunnlaugum*, Hiſtoriam Hördi (Sagann af Hörde ok Holmverium) loqvi *Styrmerum Sacerdotem*, Hiſtoriam Gretteri *Sturleum Thordi* filium, qvos dictarum hiſtoriarum ſcriptores eſſe idcirco vulgo exiſtimant, ſane non immerito aut inepte: in tanta enim aliorum hominum turba, qvi hic rerum narratarum teſtes adhiberi potuiſſent, eos ſolos eſſe nominatos, res alias mira eſſet, & ſi qva alia, inconveniens & incongrua.

Poſtqvam hæc de ſcriptoribus trium commentariorum, qvos hic vulgamus, dedimus explicata, reſtat ut ſubſidia enarrentur, qvibus uſi ſumus, in dictorum ſcriptorum editione ornanda, atqve in lectionum varietatibus colligendis. Inter manuſcripta, qvæ ſervant foruli Magnæani, 18 exſtant

Digitized by Google

ſtant Codices, *Hungurvakam* continentes, qvi omnes recens dicti libri editioni parandæ adhibiti fuere, in folio octo, à num. 204 ad num. 211, cæteri in forma, qvam qvartam vocant, à num. 372 ad num. 381; qvi Codices hic notati atqve diſtincti ſunt litteris alphabeti Latini, à littera A ad R. Inter Codices formæ in folio, qvi ſignum præfert numeri 207, *Asgeiri* manu ſcriptus, *Jonæ* filii, qvo librario uſus eſt *Torfæus*, hujusqve notis criticis & chronologicis locupletatus, is eſt, ad qvem typis eſt expreſſa *Hungurvaka* noſtra.

Dicti Codices ad qvatuor commodiſime referri poſſunt claſſes; qvare Antiqvos qvosdam, Holanos alios, alios Jorundinos, cæteros Mixtos appellare libet. Antiqvos vocamus, qvod cæteris ſunt vetuſtiores, num. 205 & 206, nec non 209 & 210 in fol.; qvi

Digitized by Google

codices, inter lectionum diversitates, hic notantur litteris A, B, C, D. Horum B & C omnium qvotqvot apud nos exstant, *Hungurvakæ* codicum præstantissimi sunt habendi, nempe transscripti manu, qvæ nitide satis pinxit, ex progameno codice, atqve notas antiqvæ scripturæ, e pro æ, N pro nn, atqve ꝺ pro d præferentes, qvi pergamenus codex tamen seculo XV vix erit antiqvior, cum dicti codices, ex eo transscripti, y pro *i* duro ubiqve habeant. Exarati dicuntur à Sacerdote qvodam Islandico, *Johanne Olafi* filio. Cæteri ad hanc classem pertinentes, qvi notas litterarum D & A ferunt, rebus qvidem ipsis cum recens dictis conveniunt, sed orthographiam inspectes, postponendi, præcipue codex A, scriptus manu *Johannis Gissuri*, qvi vir, celeberrimi Episcopi *Brynjolfi Svenonii* frater uterinus, (vid. prooemium

Digitized by Google

mium Originum Islandiæ, Landnama-bok, pag. 11.) bonæ qvidem notæ codicibus usus est pergamenis, in vetustis libris transcribendis, sed ad formam scribendi, suo ævo receptam, recentiorem & depravatam, suam composuit. Qvi codicem scripsit D, *Johannes Erlandi* filius, sacerdos olim Vilingaholti, melius filium formavit, nec potuit aliter fieri ab homine, qvi dicto Episcopo *Sæmundo* a codicibus vetustis exscribendis erat.

Holanos vocamus, qvorum flagmen ducit codex E, qvi olim fuit Episcopi Holani, *Thorlaci Skuli* filii. Huc pertinent, qvi inter codices Magnæanos numerantur, 104 in fol., & in 400 376. 379. 380. 381, hic vero notati litteris O. R. R. G. L. Horum præstantissimus est recens dictus E codex, sive num. 379. in pergamena exaratus anno 1654 (plures codices

Digitized by Google

pergameni *Hungurvakæ*, *Paulique* & *Thorvaldi vitæ*, hodie apud nos non exstant) de qvo *Arnas Magnæus* hæc annotavit: "Scriptus videtur fuisse ad „ exemplar probæ notæ, multumqve „ facit ad loca restituenda alias insana„ bilia, ipse qvamvis in multis vitio„ sus." Codices num. 380 & 381, sive G & L, haud sane sunt spernendi, & ipso, qvem nuper locuti sumus, codice pergameno non inferiores, ac in orthographia meliores; sed in codice L deest prooemium. Codex R multis mendis est deformis, sed menda librarii correxit *Ar. Magnæus*, ad codicem recens dictum pergamenum. Codex O sive num. 204 fol., exaratus manu, qvæ ductus suos ad normam antiqvorum formavit, dicto codice pergameno antiqvior esse videtur.

Forun-

Digitized by Google

Forundini dicantur duo codices, num. 378 in fol. & num. 372 in 4to, litteris hic notati F & M, qvia exarati sunt à *Ketille Forundi* filio, qvi vir doctrina seculo proxime praeterlapso celebris, (vid. Histor. Ecclesiastica Islandiæ Tom. 3 pag. 529) in codicibus transscribendis sedulus fuit, qvos perqvam nitide pinxit. Inter dictos codices, qvi littera F hic notatur, à *Ketillo* exaratus, forma in folio minima, orthographiam ubivis rite & accurate servat, nisi qvod pro (y) habeat (i), qvi litterae (y) pro (i) ductus per omnes à *Ketillo* exaratos codices obvius est. Contra codex (M) cum recens dicto caetera conveniens, in orthographiam saepius impingit. Qvem dum loqvimur codicem, non possumus notandam ad *Hungurvaka* paginam 56, sed ibi omissam, hic intactam relinqvere

Digitized by Google

lectionis diverſitatem, præcipue cum haud exigui eſſe momenti videatur; & ſenſum variare: nam pro: *obægendi*, *ef* &c.; qvod habet liber impreſſus, in codice (M) legitur: *hægendi: en* &c.; qvæ lectio loco: *acuantur dolores*, hic ponere jubet: *leventur dolores, atqve eam in rem fiant vota*, ſenſu forſan aptiori; & qvi rei ipſi melius convenit.

Cæteri codices, qvos Mixtos diximus, modo cum hoc, modo cum iſto eorum conveniunt, qvos ſupra recenſuimus; qvare non eſt, ut illis diutius immoremur.

Superius dicti codices in folio, nempe A. B. C. D. O. etiam complectuntur *Pauli* Epiſcopi hiſtoriam, eadem, qva *Hungarica*, manu ſcriptam; qvocirca nec opus eſt, ut de illis plura dicantur. Hoc tamen notare abs re non

Digitized by Google

non erit, præter dictos codices, inter Msta Magnæana exstare duo fragmenta in 4to, num. 384 & 389, hic signata litteris S & T, qvorum posterius in omnibus fere convenit cum supra memoratis codicibus A & B; codex vero S manus esse videtur sat celebris antiqvarii Islandi, *Biörni in Skardza.* Fragmentum hocce ad nonnulla, sed pauca loca emendanda usui fuit.

Ad historiam *Thorvalldi* ut deniqve veniamus, duo tantum apud nos exstant codices ejus chartacei, qvi alicujus sunt pretii, ambo seculo proxime præterlapso scripti, alter, qvi hic signum litteræ (A) præfert, inter Msta Magnæana, num. 552 in 4; qvi codex, si orthographiam spectes, non spernendus, sed in rebus narrandis nimium brevis, compendium videtur esse alterius codicis, qvi hic (B) dicitur,

Digitized by Google

citur, ad qvem igitur, plerisqve in locis, typis expreſſa eſt, qvam hic damus, *Thorvalldi* hiſtoria, ſed ex codice (A) emendata, ex qvo, bona favente fortuna, qvæ in (B) corrupta erant, aut deleta vetuſtate, aut aperte falſa, qvalis e. gr. erat anni numerus ſub calcem libri adſcriptus, corrigi & reſtitui potuerunt. Dictum codicem inter ſuos numerat doctisſimus Studioſus Islandus *Gud. Magnæus*, cujus opera in indice chronologico, in interpretatione latina, hiſtoriæ præſertim *Pauli* Epiſcopi & *Thorvalldi*, nec non in indice rerum & nominum concinnando uſi ſumus, ſed ita, ut dicta interpretatio, ubi ea re potisſimum opus videbatur, nonnihil & qvantum fieri potuit, ſit emendata. Id qvod monere hic neceſſarium duximus, ne qvæ inter prima dictæ interpre-

Digitized by Google

pretationis, qvod opus eſt cujusdam noſtrum, atqve ultima deprehenditur diverſitas lectorem offendat.

Qvæ cætera ſunt, tulit inſtituti noſtri ratio, ut chronologia adſcriberetur; ut res, qvæ narrantur, pasſim annotationibus illuſtrarentur, qvas operæ & ſtudio ſ. v. *Johannis Finnæi*, hodie Epiſcopi Skalholtenſis meritisſimi, nos debere grati profitemur; ut Lectionum varietates annotarentur; & ut non tantum index chronologicus, ſed etiam index alius duplex, alter vocum, cui perficiendo operam adhibuit doctisſimus harum rerum *Johannes Olavius*, alter rerum & nominum, nec non tabulæ genealogicæ, opus doctisſimi *Grimi Thorkelini*, qvatuor adjicerentur, de qvibus omnibus qvæ dicere viſa ſunt neceſſaria, in prooemiis ad Kriſtniſagam nec

Digitized by Google

nec non *Gunnlaugi* hiſtoriam monuimus; qvocirca hic eadem iterare nolumus.

Scribebamus Hafniæ non. Decembr.
MDCCLXXVIII.

Lüxdorph. Suhm. Kofod Ancher. Erichsen.
Schöning. Schlegel.

Digitized by Google

HUNGRVAKA.

Digitized by Google

I. Cap.

Bækling þenna kalla ec *Húngrvöku*, af því at svo mun mörgum mönnum ófródum oc þó óvitrum (a) gefit vera; þeim er hann hafa yfirfarit, at miklu mundu giör vilia vita upprás oc æfi þeirra merkismanna er her verit hafa oc fátt verdr frásagt á þessari skrá. Enn ec hefi þó náliga öllu vidslegit at rita þat sem ec hefi í minni fest; hefi ec af því þenna bækling saman sett, at ei falli mer med öllu úr minni þat er ec heyrda af þessu máli segia hinn (b) fróda mann *Gitzur Halls* son (1) oc enn (c) nockura menn adra

(a) virdaz, *reputabitur*. H. M. Q.
(b) fródasta. C. fróma, *probum*, H. J. K. Q.
(c) marga, *multi*. F.

(1) De Giſſure Halli filio vid. *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 513. *F. Johannæi* Hiſtor. Eccl. Island.

Digitized by Google

Cap. I.

Libellum hunc famis incitamentum *voco, eò qvòd ita cum multis, non ſolum indoctis ſed & imperitis, comparatum eſſe judico, ut, eo perlecto, multiplici deſiderio afficiantur originem vitamqve noſcendi virorum, qvi in his claruerunt regionibus, de qvibus ut pauca qvidem attigi, ita tamen ferè omnia, qvæ mihi ſuccurrebant, huic ſcripto includere animus fuit. Eqvidem libellum hunc duplici ratione conſcripſi, tum ne mihi e memoria laberentur, qvæ* Giſſurem Halli *filium, virum doctiſſimum, de his rebus narrare audivi, qvæqve qvidam*

Island. Tom. 1. pag. 195. Genealogiam ejus exhibuimus ad calcem *Kriſtniſagæ* pag. 188. Ubi obſervandum, ipſum illum Teitum Haukadalenſem, qvi noſtri avus erat, fuiſſe filium Isleifi Epiſcopi, cujus majorum ſeries enumeratur loc. cit. pag. 189. 192. 193.

Digitized by Google

adra merkiliga hafa í fráſögur fært. Þat ber oc annat til þeſſa rits at tegia til þeſſ únga menn, at kynniz vort mál at ráda (d) þat er á *Norrænu* er ritat, lög, edr ſögur, edr mannfrædi; ſet ec af því heldr þetta á ſkrá, enn annan fródleik þann er ádr er ſkráſettr, at mer ſýniz mínum börnum edr ödrum (e) úngum mönnum, vera í ſkyldaſta lagi at vita þat (f), hvörnin framaz edr med hvöríum hætti at her hefr magnaz kriſtnin oc Biſcups ſtólar ſetter verit her á *Islandi*, oc vita ſídan hvorer (g) merkismenn þeir hafa verit Biſcuparner er her hafa verit, oc ec ætla nú frá at ſegia; enn þat ſkyldar mic til at (h) greina hvorſu ſtadrinn hefr eflz oc magnaz í *Skálaholte*, oc um þeirra manna rád er hann hafa vardveittan; (i) at ec hefir med

(d) Þá á norræno; *plures.*
(e) úngmennum, 6. *Codd.*
(f) edr forminnaz, *pro* huernin framaz 4.
(g) mætis menn. A. B. C. D. & 4 *alii.*
(h) vita, *ſciam. Quidam Codd.*
(i) enn *pro* at, *plures.*

Digitized by Google

alii celebres viri præterea tradiderunt, tum, ut adoleſcentes allicientur ad lingvam noſtram noſcendam, qvæ Norræna, (*Norvegica*) *audit, ſive legum codices, ſeu hiſtoriarum monumenta, ii-ve, qvi in honeſtioribus diſciplinis verſantur, libri conſulendi ſint. Atqvi eam potiſſimum ob cauſam hanc mihi præ aliis, qvæ jam dudum pertractatæ ſunt, ſcientiis materiam elegi, qvòd illud præcipuè & liberis meis, & juventuti reliqvæ officium incumbere autumo, ut diſcant, qvo pacto, hic in* Islandia *ortum duxerit, & incrementa ceperit Chriſtiana religio, ſedesqve epiſcopalis conſtitutæ ſint; porro, qvibus meritis excelluerint viri, de qvibus nunc dicere aggredior; & qvoniam iis, qvicqvid mihi in vita commodi accidit, totum debeo, tanto magis obligatum me dico, ut qvibus ex cauſis robur ſuum & potentiam nacta ſit ipſa Cathedra* Skalholtenſis, *& qvalis illorum, qvi eam*

Digitized by Google

med Guds miſkunn alla gæfu af þeim hlotit þeſſa heims; enn mic varer at vitrum mönnum muni þikia bæklingr þeſſe jafnlíkr ſem hornſpónar efne; (k) þat er ófimligaſt, medan vangiört er, enn þá (l) allfagrt er algiört er. Enn þeir menn er ſvo henda (m) gaman at þeſſum bæklinge, mega þat af nýta at ſkemta ſer vid, oc þeim ödrum er lítillátliga vilia til hlýda, helldr enn hætta til hvat annat legſt fyri, þá er ádr þikker daufligt; því margr hefr þeſſ raun, ef hann leitar ſer ſkammrar ſkemtanar, at þá kemr eptir á laung áhyggia; ſýniz mer þat rád, (n) at hver hafi af þeſſu ſem her er ritat, þann fródleik, er beſt gegnir, oc hann hendi ſvo gaman at, oc vardveiti þat eptirá, er ſiálfum mun í ged falla, enn felli þat nidr er

(k) af því at er óefniligaſt, 4. ófmidligaſt, 3.

(l) afla giört, 4.

(m) giarnan *pro* gaman A. B. C. D.

(n) at ſá hafi af þeſſum fródleik, (er) hinum fátka er ritadr, er beſt gegnir; G. O. R. af þeſſu — fátæka. *plurimi.*

Digitized by Google

tutati ſunt, gubernatio fuerit, ediſſeram. Suſpicor autem, libellum hunc à prudentibus aſſimilatum iri materiæ corneæ, ex qva cochlearia vulgo fabricamus, qvippe qva nihil abjectius videtur, qvamdiu rudis eſt, atqvi eadem, ſi bene informatur, venuſtiſſima apparet. Si qvibus autem libellus placeat, iis hanc ex eo utilitatem capere licebit, ut & ſe ipſos oblectent, & alios, qvi ad audiendum faciles & modeſtos ſe præbeant, neqve potius ducant, qvicqvid primum ſe offert, arripere, qvando eos ceperit tædium. Qvem enim non experientia docuit, breviuſculam voluptatem longum ſæpe poſt ſe trahere faſtidium. Eqvidem conſultum duco, ut unusqvisqve inde decerpat, qvam ſibi convenientiſſimam ducat, qvæqve adeo ſibi arrideat, doctrinam, ſervando qvod placeat, & negligendo, qvod minus. Magis utiqve decebit, eos, qvi rectio-

Digitized by Google

er honum fellr ei í ſkap. Enn þeim ſýniz mer þat beſt (o) ſóma er bæta vilia um þat er ádr þiker her ómerkiliga ſagt vera oc þeir vita annat ſannara, heldr enn þeir færi þetta edr hafi at ſpotti, enn vilie ei edr hafi ei faung á um at bæta; enn því hefer ec jafnat þeſſu til horn-ſpónſins, at mer ſýniz forkunnar efni í vera, enn ec veit at miöc þarf um at ſegra, oc ſkal ec þadan (p) at um vera, medan ec er til fær, um at bæta, verd ec oc (q) af því ſkyldugr til, at þad muni af mínum völdum oc vanrækt, ef þat er nockut í þeſſu máli, ſem rángt reyniz þat er ritat er, enn ei þeirra manna er ec þikiunz þenna fróðleik (r) eptir hafa. Enn þat er forn ordskvidr at hús ſkal (s) hiónum fá, ſegi ec af því fyrſt hvorſu bærinn hefr bygdr verit í *Skálaholti*, enn ſídan frá þeim er ſtadinn hafa vardveittann.

II. Cap.

(o) ſagna. F.
(p) af. G. *Qvidam omittunt.*
(q) at því. O.
(r) eptir gefa. F. & ſ. *al.*
(s) hióna. E. G. O. R. hús ſkal hiónum bióda edr fá. M Q.

Digitized by Google

ra noverint, minus accuratè tradita in melius mutare, qvàm qvibus ad hoc vel animus defuerit, vel facultas, qvæ ſcripſimus in pejus traducere, vel habere ludibrio. Ideo autem hoc opuſculum cochleari corneo ſimile dixi, qvod ei egregia qvidem ineſſe videatur materia, ſed qvam magnopere lima indigere ſentio, utqve eam totis viribus, & qvam maxime poſſum, expoliam, me obſtrictum duco. Merito enim, ſi qvid prave dictum deprehendatur, incuriæ id meæ adſcribendum, mihiqve vitio vertendum eſt, neutiqvam verò viris illis, qvorum ex ore me ſingula hauſiſſe profiteor. Qvoniam verò, ut in proverbio eſt, ædes poſcit familia, primùm aggredior dicere, qvomodo villa in Skalholto *ædificata fuerit, & poſtea de iis, qvi ſedi epiſcopali præfuerunt.*

Digitized by Google

A. C.

II. Cap.

Ketilbiörn (2) hinn *Gamli* (t) bió á *Mosfelli* oc átti margt barna. *Teitr* het ſon *Ketilbiarnar*, hann var ſá gæfumadr at hann bygdi þann bæ (u) fyrſt er í *Skálaholti* heitir, er nú er allgöfugaſtr bær á öllu *Islandi*; ſú var önnr gæfa hans at hann átti at ſyni *Gitzur* hinn *Hvíta* (3) er med kriſtni kom út til *Islands*, oc bió í *Skálahollte* eptir *Teit* födr ſinn. *Gitzur* hinn *Hvíte* átti þriár (x) konur; fyrſt átti hann *Halldóru* dóttr *Hrólfs* af *Gautlandi*, þeirra dóttir var *Vilborg* er átti *Hialti Skeggia*ſon (4); *Gitzur* átti ſídan (y) eyverſka konu er *Þórdís* het, oc var þeirra ſon *Ketill*, er átti *Þorkötlu Skapta* dóttr; *Gitzur* átti ſídarz

(t) Ketils ſon, *Ketelis filius.* L. *addit.*
(u) fyrſtr, *primus.* F.
(x) þeſſar *pro* þriar. F. & 10. *al.*
(y) Eyfirdſka, J. Svenſka, *Svecam.* H. M. Q.

(2) De Ketelbiörne Grandævo vid. *Landnámabók* Edit. Hafn. pag. 368. *Sturlúngaſaga* libr. 4. cap. 1. Ejus genealogiam vide in *Kriſtniſaga* pag. 192.

Digitized by Google

Cap. II.

A. C.

Ketilbiörn Grandævus *habitavit in* Mosfello, *& multos habuit liberos. Unus filiorum ejus* Teitus *nominabatur; vir felix, tum qvòd villam, qvæ* Skalholtum *appellatur, totiusqve* Islandiæ *celeberrima eſt, ædificavit, tum qvod* Giſſurem Album, *qvi Chriſtianam religionem in* Islandiam *introduxit, & in* Skalhollto *poſt patrem* Teitum *habitavit, genuit. Tres* Giſſuri Albo *uxores erant. Duxit primum* Halldoram, Hrolfi *ex* Gothlandia *filiam, ex qvo conjugio nata eſt* Vilborga, *qvæ* Hialltio Skeggii *filio nupſit. Deinde foeminam ex inſulis,* Thordiſam *nomine, eratqve eorum filius* Ketell, *maritus* Thorkatlæ, Skaptii *filiæ. Deniqve* Thordiſam, *filiam* Thor-

(3) De Giſſure Albo vid. *Kriſtniſ.* pag. 8. 189. 192. *F. Johannæi* Hiſt. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 58. ſeqv. & loca nuper cit.

(4) Plura de Hialltio Skeggii filio vid. *Kriſtniſaga* p. 9. 66. ſeqv. & *F. Johannæi* Hiſtor. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 57. ſeqv. 79.

Digitized by Google

A. C. ſidarz Þórdíſi dóttr Þórodds Goda (5) á *Hialla* í Ölveſi, oc áttu þau margt barna, þeirra ſon var *Isleifr*, hönum fylgdi *Gitzur* utan, oc ſeldi hann til læringar abbadíſi einni í borg þeirri er *Herfurda* (6) heitir. *Isleifr* kom ſvo til *Islands*, at hann var preſtr oc vellærdr, hann kvongadiz oc feck *Döllu* Þórvallds dóttr úr (z) *Aſi*. Þau gátu þriá ſonu. *Gitzur* het ſon þeirra, er ſidan var Biſcup. Annar het *Teitr*, er bió í *Haukadal*, þridi Þórvaldr er bió í *Hraungerdi*, mikill höfdingi. *Gitzur Hviti* let giöra hina fyrſtu kyrkiu í *Skálaholti*, oc var þar grafinn at þeirri kyrkiu. *Isleifr* bió í *Skálaholte* epter födr ſinn; *Isleifr* var vænn madr at áliti, oc vinſæll vid alþýdu oc alla æfi rettlátr oc rádvandr, (a) giöfull oc gódgiarn, enn alldrei audigr; enn er *Isleifr* var fimtugr at alldri, oc *Island* hafdi ei (b) fiarri því at

(z) Hálfi í Hnióſkadal *rectius eſſe ſentit* A. Magnæus, *in margine exemplarium*, F. M.

(a) giafmilldr. F. M.

(b) fiarri áleingd. A. B. C. D. *cum pluribus.*

Digitized by Google

Thoroddi *Pontificis in* Hialla *in* Ölveſo, A. C.
multosqve hi conjuges procrearunt libe-
ros. Erat filius eorum Isleifus, *qvem*
Giſſur *peregrinationis comitem habuit,*
& cuidam abbatiſſæ erudiendum tradidit
in urbe, qvæ Erfurda *dicitur. Erat*
verò Isleifus *& ſacerdos, & bene doctus,*
cum in Islandiam *rediret. Matrimo-*
nium iniit, duxitqve Dallam Thórvalldi
filiam in As. *Eorum tres filii erant,*
unus Giſſur, *poſtea epiſcopus, alter*
Teitus, *qvi poſtea in* Haukadal *habita-*
vit. Tertius, cui Thórvaldo *nomen,*
habitabat in Hraungerde, *vir dignitate*
conſpicuus. Giſſur Albus *primum in* Skal-
hollto *templum, in qvo & ſepultus eſt, ex-*
ſtruxit. Isleifus *in* Skalhollto *habitavit*
poſt patrem. Erat Isleifus *forma ſpecta-*
bilis, popularis, ſemper juſtitiæ & ho-
neſtati addictus, largus & beneficus,
at opulentus nunqvam. Poſtqvam Isleifus
qvin-

(5) De Thoroddo Pontifice vid. *Kriſtniſaga* pag. 8. 90. & *Gunnlaugsſaga Ormstungu* pag. 57. 63. 315. Ubi & Isleifi genealogiam, ex ramo in *Kriſtniſaga* loc. cit. omiſſo, exhibuimus.

(6) Abbatiſſam illam Erfordenſem nominant *Kriſtni-ſaga* pag. 106. & *Landnámabók* in Mantiſſa p. 382.

Digitized by Google

A. C. at lengd verit kriſtit, þá var hann bedinn til utanferdar, oc (c) valinn til Biſcups af allri alþýdu á *Islande*. Sídan fór hann utan, oc ſudr til *Saxlands*, oc ſókti heim *Henrik* Keyſara *Komrádsſon*, oc gaf hönum hvíta biörn er kominn var af *Grænlandi*, var þat dýr hin meſta gerſemi; enn Keyſarinn feck *Isleifi* bref ſitt med inſigli um allt veldi ſitt, ſídan fór hann til fund-
1056 ar vid *Leonem* Pápa (7), enn Pápinn ſendi bref ſitt *Adalberto* Erkebiſcupi í *Bremen*, at hann ſkyldi gefa *Isleifi* Biſcups vígſlu á hvítdrottinsdág; oc qvedz Pápinn þeſſ vilia vænta med guds miſkunn, at þá mundi (d) lánggæduſt tign vera at þeim biſcupsdómi, ef hinn fyrſti Biſcup væri vígdr til *Islands* á þeim degi er gud prýddi alla verölld í gift H. anda, oc var *Isleifr* þá vígdr til Biſcups á þeim degi at bodordi Pápa af *Adalberto* Erki-

(c) valldr, *plerique*. (d) lángæduſt. H.

(7) De Papa Leone, num Isleifus eum convenerit, qvædam annotavimus ad *Kriſtniſagam* p. 106. ſeqv. *Stur-*

Digitized by Google

qvinqvagesimum ætatis annum absolve- A. C.
rat, Islandiâ *jam durante eodem fere tem-*
poris intervallo Christianis sacris initiata,
rogatus, ut exteras adiret regiones, ab
universo populo episcopus eligitur. Pere-
gre deinde australem versus in Saxoniam
profectus, Imperatoris Henrici, Conradi
filii, aulam petiit, eique ursum album, in
Grönlandia *captum (qvod animal pro maxi-*
mo cimelio reputabatur) dono dedit. Im-
perator autem Isleifum *litteris, sigillo*
suo munitis, per regnum suum transeun-
tem instruxit, qvo facto, Isleifus Leonem 1056
Pontificem M. adiit. Pontifex litteras ad
Adalbertum *Archiepiscopum* Bremensem
mittit, ut Isleifum *episcopum consecraret*
festo Pentecostes, *addens: confidere se,*
dignitatem hujus episcopatus dei gra-
tia diuturnam fore, si primus Islandiæ *epi-*
scopus initiaretur ipsa ea die, qva Deus to-
tum orbem sancti spiritus communicatione
ornaverat. Isleifus *igitur, eadem, qva Pon-*
tifex

Sturlúngasaga libr. 4. cap. 1. conceptis verbis eum appellat Leonem Nonum. Hoc certum est, qvod obitus Leonis Noni in Islandiam non potuit esse perlatus ante Isleifi ad exteros abitum.

Digitized by Google

A. C. 1056 Erkibiſcupi í *Bremen* IIII nóttum fyri Columba meſſo (8) oc feck Erkibiſcup hönum alla þá (e) reidu er hann þurfti at hafa med Biſcupstign, epter því ſem Páfinn ſendi ord til oc Keyſarinn. Sídan fór *Isleifr* Biſcup þat ſama ſumar til *Islands*, oc ſetti Biſcupsſtól ſinn í *Skálaholti;* hann hafdi naud mikla á marga vega í ſínum Biſcupsdómi, fyri ſakir (f) óhlýdni manna, má þat af því merkia nockut, í hvörum naudum hann hefir verit, fyrer ſaker ótrú oc óhlýdni, oc óſidu ſinna undirmanna, at Lögmadrinn átti mædgur tvær, oc þá lögduz ſumer menn út í víkíng oc á (g) herſkap, oc mörg endemi tóku menn þau til önnr, þau er nú mundi ódæmi þikia ef menn hendti ſlíkt. Um daga *Isleifs*

(e) ſido, *moribus*. F. & 4. *al.* hluti, *rebus*. H. K.

(f) óheillra manna. M. Q.

(g) herſkip, *naves bellicas*, B. D. & 3 *al.* hernat F. M.

(8) Omnes noſtri *Annales* in anno 1056 conſentiunt, qvo Isleifus inauguratus fuerit, nam *Compilationem Odden-*

Digitized by Google

tifex jusserat, die in Episcopum inaugu- A. C.
ratus est ab Adalberto *Archiepiscopo* 1056
Bremensi *quarta nocte ante festum* Colum-
bæ. Instruxerat eum Archiepiscopus om-
nibus rebus ad munus Episcopi obeundum
necessariis, prout Pontifex & Imperator
mandaverant. Eodem anno vertente Epi-
scopus Isleifus Islandiam *petiit, & Ca-*
thedram episcopalem in Skalholto *fixit.*
Multum illi molestiæ variis modis in hoc
officio deverandum fuit, detrectante ob-
sequium populo. Quas autem ærumnas
irreligiosi & contumaces subditi, eorum-
que pravi mores, ei creaverint, vel ex
hoc satis liquere potest, quod Legifer ma-
trem & filiam eodem thoro sibi copulave-
rat, quod quidam piraticam exercerent
& prædarentur, multaque alia flagitia
exer-

Oddensem, qvo hanc solennitatem ad annum 1055 refert, non moramur. Cum vero festo Pentecostes inauguratus fuerit, illud hoc anno in diem 26 Maji incidit, adeoqve 14 noctibus ante festum S. Columbæ, ita ut hic sit mendum IV. pro XIV. unico X. culpa librariorum omisso.

Digitized by Google

A. C. *Isleifs* Biſcups komu út Biſcupar af ödrum löndum oc budu margt linara enn *Isleifr* Biſcup, urdu þeir af því vinſælir vid vonda menn, þar til er *Adalbertus* Erkibiſcup ſendi bref ſitt út til *Islands*, oc bannade mönnum alla þiónuſtu af þeim at þiggia, oc (h) kvad þá ſuma vera bannſetta, enn alla í óleyfi ſínu farit hafa. Um daga *Isleifs* Biſcups, kom út Biſcup ſá er (i) *Kolr* het, oc andadiz hann út her, hann var grafinn í *Skálaholti*, oc var ſú kyrkia her á landi fyrſt prýdd í tígins manns (k) greftri, enn at rettu kallaz má andlig móder allra annara vígdra húſa á *Islandi*. *Isleifr* Biſcup hafdi ávalt óhægt bú fyri peninga, voru tilfaung lítil, enn (l) adſókn mikil, oc var hönum af því ervidt búit. Margir menn ſeldu hönum ſonu ſína til læríngar, oc voru þeir ſídan gódir kennimenn, enn tveir urdu Bi-

(h) bad. G. R.
(i) Ketill. F. & 6. *al.*
(k) grepti. F.
(l) áſókn. A. B. C. D. & 4. *al.*

Digitized by Google

exercerent, quæ, si nunc acciderent, pro portentis haberentur. Isleifi tempore ab aliis regionibus episcopi huc advenerunt, qui multa remissius fieri, quam Isleifus jusserat, mandabant, & hac ratione malevolorum hominum sibi conciliabant favorem, donec Adalbertus Archiepiscopus, missis huc in Islandiam litteris, omnes eorum ministerio uti vetuit, quosdam eorum communione fidelium exclusos, omnes vero injussu suo huc profectos, commemorans. Etiam, sedente Isleifo, peregre huc advenit episcopus, Kolus nominatus, qui hic (in Islandia) mortuus & in Skalholto sepultus est; & sic primum omnium inclyti viri tumulo honestatum est hoc templum, quod merito omnium sacrarum in Islandia ædium matrem spiritualem dixeris. Solitum Isleifo erat argenti penuria laborare, pauca in acceptum referre, multa in expensum; hinc crebra rei familiaris angustia. Multi filios suos ejus fidei erudiendos commisere, qui postea egregii evaserunt sacerdotes, quin & duo illorum episcopi

A. C.

A. C. Biſcupar, *Kolr* í *Vík*, auſtr í *Noregi*, (9) oc *Jón* Biſcup at *Hólum*.

Enn þá *Isleifr* hafdi Biſcup verit (m) XXIIII. vetr (10), þá tók hann ſóttc á alþingi um (n) meſſu, ſvó faſt 1080 oc ſkiótt at hann vard þegar at fara úr meſſu klædum, oc fór þá í (o) meſſu klædinn *Guthormr* preſtr *Finnólfs*ſon úr *Laugardal*, at rádi Biſcups, oc tók þar til meſſunnar er Biſcup hvarf frá, oc lauk meſſunni. Sídan var Biſcup færdr heim í *Skálaholt*, oc var giört rúm hanns í kyrkiu, menn leituðu þá eptir (p) heilrædum vid hann, bædi um Biſcups koſníng oc þá hluti adra er þeim þótti at ſkyldu þurfa um at tala, enn hann lagdi þau rád til, at þeir ſkyldu bidia til *Guthorms* preſt til utanferdar, oc taldi hann beſt tilfallinn af þeim mönnum er þá voru ſamlendir, enn ſagdi þó, at þeim mundi

(m) XXV. M. N. P. Q.
(n) á Maríu meſſo. M. Q.
(o) meſſuföt. A. B. & 6. *bl.*
(p) heilrádum. A. B. C. D.

Digitized by Google

facti sunt, Kolus *in* Vikia, *orientem versus in* Norvegia, & Johannes, *episcopus* Holensis. A. C. 1080

Cum Isleifus *per* 24 *hyemes episcopus fuisset, in conventu universali, sub ipso missæ officio, tam acri & subito morbo correptus est, ut amictum sacrum exuere coactus fuerit, quem consilio ejus, sacerdos* Guthormus Finnolfi *filius ex* Laugardal *resumens, & in vicem episcopi subiens, officium continuavit & absolvit. Postea episcopus ad* Skalholtum *reducitur, eique lectus in templo stratus est. Consulebatur tunc de eligendo episcopo, aliisque rebus, quæ maximi videbantur momenti. Inter alia tum autor fuit persuadendi* Guthormum, *ut peregre abiret, eum enim omnium, qui in* Islandia *tunc degebant, maximè idoneum fore. Submonuit tamen, diu præsto-*

(9) Kolus Episcopus expresis verbis appellatur, in quibusdam Annalibus, *Osloënsis*. Conf. *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 512.

(10) Episcopo Isleifo 24. officii annos attribuunt *Arius Polyhistor* Sched. Edit. Havn. pag. 56 & *Kristnis.* Edit. Havn. pag. 108.

Digitized by Google

A. C. 1080 mundi ſeint audit Biſcups á *Islandi* ef þeir heti (11) ei því at verá (q) vid þann ſæmiligar er ſídar kæmi til enn þeir höfdu vid hann verit. Hinn efra hlut æfi *Isleifs* Biſcups, bar marga hluti hönum til handa þá er miöc birtu gædſku hans, fyri þeim mönnum er þat kunnu at ſkynia, af því, at marger menn óder voru þeir færdir hönum til handa, er heilir gengu frá hanns fundi. Muningát bleſſadi hann þat er (r) ſkiadak (12) var í, oc var þadan frá vel drekkande, oc margt annat þeſſu líkt bar hönum til handa, þótt ec greini nú ecki ſvo ſerhvat þat ſem hann giördi, oc hinum vitruſtu mönnum þótti hinir meſtu kraptar fylgia. *Isleifr* var vígdr til Biſcups þá hann var ſimtugr at aldri

(q) þeim hlýdugri. A. B. F. & 7 *al.*
(r) ſkadſemd, *nocivum quid.* N.

(11) Hanc ſtipulationem anno 1050 vel 1054 factam, & anno 1082 repetitam fuiſſe, tam ex noſtro Auctore colligi poteſt, qvam a S. V. *F. Johanneo* pluribus adſtructum eſt, in Hiſt. Eccl. Island. Tom. 1. p. 133.

Digitized by Google

laturos esse, antequam episcopo beare- A. C.
tur Islandia, *ni majorem successori suo,* 1080
quam sibi, obedientiam præstare promitterent. Sub extremum Isleifi *tempus multa sanctitatis ejus indicia diligenter attendentibus manifestata sunt, nam & multos mente captos, qui ad eum deferebantur, sanatos dimisit, & cerevisiam lolio, quod cerebro nocet, infectam, adhibita benedicendi formulâ, innoxiam reddidit, ut plura ejusmodi præteream, neque enim omnia ejus facta, quæque præcipua virtutis signa continuisse à prudentioribus observatum est, enumerare est animus. Initiatus in episcopum* Isleifus *est anno ætatis* 50, Ha-

 raldo,

(12) *Skiadak* illud, cujus etiam mentio fit *Specul. Reg.* pag. 322. non videtur fuisse *Myrica Gale*, Dan. Pors, sed lolium temulentum, Nidarosiensibus *siak*, *skiaak*, vel *siaak*, Gothlandis vero hodiedum *skiäde*, qvod fatuitatis, qvin & cæcitatis temporaneæ inducendæ effectum habet, præsertim in potulentis; Vid. Act. Societ. Scient. Holm. Anni 1743. C. *Linné* Flora Svecic. No. 103. Figuram exhibet Oeder in Flor. Dan. fascic. 3. fig. 160, & synonyma in Nomencl. Flor. Dan.

Digitized by Google

A. C. ri (13), þá var *Haraldr Sigurdarſon*
1080 Kóngr yfer *Noregi*; *Isleifr* Biſcup and-adiz á drottins degi í kyrkiu í *Skálaholti*, um middegi dags (s), IIII nóttum (t) fyri ſeliumanna meſſo, þá hafdi hann Biſcup verit (u) XXIIII. vetr, oc var hann grafinn hiá leidi *Kols* Biſcups, þá var lidit frá híngatburdi Kriſts (x) M. ára LXXIII. vetur (14).

III.

(s) at midium degi dags. E. G. O. R.

(t) þremur nóttum, *legit* A. Magnæus *in margine.* M. (u) XXV. N.

(x) MLXXX. K. J. *Qvi communem hunc calculum ubiqve ſeqventes eatenus à reliqvis exemplaribus diſcedunt.*

(13) Qvod Isleifus ætate qvinqvagenarius inauguratus fuerit, cum noſtro aſſerit *Arius Polyhiſtor* Sched. pag. 56. Sed noſter pridem dixerat Isleifum tunc electum fuiſſe, qvæ ſententia inde roboris qvoddam adipiſcitur, qvod Autor noſter dicat, Fridericum unicum Epiſcoporum ante religionem chriſtianam legibus receptam, ſive ante annum 1000, & Kolum tempore Isleifi in Islandiam adveniſſe, cum tamen hic anno 1001 aut 1002 in Islandia fuerit. Vid. *Viga-Glumsſaga* pag. 240. & *Finni Johannæi* Hiſtor. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 87.

(14) Cum hac vice primo apud Autorem occurrat calculus chronologicus ad annos Chriſti determinatus, qvi calculus per totum librum eodem fundamento ſu-

Digitized by Google

raldo Sigurdi *filio*, *Rege* Norvegiæ. A. C.
Decesſit die dominica, *hora merediana*, 1080
in templo Skalholtenſi, *qvartâ nocte ante feſtum Sanctorum in Selia*, *poſtqvam ſedisſet per* 24 *hyemes*, *& prope tumulum* Koli *epiſcopi ſepultus eſt*. *Transierant tunc à natali die Domini J. C.* 1073 *anni*.

ſuperſtruitur, & ita ſibi conſtat, ut mendum librarii hic vix admitti qveat, operæ pretium eſſe ducimus, ſi collatis invicem Datis diſpiciamus, num hæc ſimul conſiſtere qveant. Præter communem tot exemplarium *Hungrvakæ* conſenſum, qvorum recenſum in Præfatione exhibuimus, multum roboris huic calculo conciliari videtur ex expreſſo conſenſu *Vitæ Thorlaci Sancti*, *Vitæ Pauli Epiſcopi*, utriusqve ab auctore non tantum coævo, ſed &, ut videtur, utriqve viro familiari conſcriptæ, *Vitæ Jonæ Epiſcopi Holenſis*, & *Legendæ* perantiqvæ *de Sancto Thorlaco* Epiſcopo, qvam ex *Breviario Nidaroſienſi* exhibet *Danſke Magazin* Tom. 3. p. 9. ſq. Sed qvotqvot illa teſtimonia ſint, accuratius tamen perpenſata corruunt, nam *Vitæ Sancti Thorlaci* & *Pauli* Epiſcoporum absqve dubio eundem autorem agnoſcunt, ac *Hungrvaka*, ſed *Legenda de Sancto Thorlaco* ex ejusdem *vita* excerpta eſſe videtur, ita ut omnes hæ hiſtoriæ unius tantum teſtis loco habendæ ſint; *Vita autem Jonæ Epiſcopi Holenſis* hoc

Digitized by Google

A. C. hoc loco aperte ſibi contradicat, cum primo dicat, *Isleifum Epiſcopum poſt viginti qvatuor annos in officio exactos, obiiſſe die dominica 5. Non.* (mendum hic eſt, & legendum, aut die 5 Julii, aut 3 Non. Julii) *Julii, ſive pridie octavam Apoſtolorum Petri & Pauli, octogeſima annis poſt cædem Regis Olai Tryggvini*, qvæ omnia ad amuſim qvadrant in annum Chriſti 1080, nihilominus dicta *Jonæ Epiſcopi Vita* annum Isleifi emortualem ſecundò refert ad annum Chriſti 1073, qvo anno 5. Non. Julii incidit in diem Jovis, & 3 Non. Julii in diem Veneris, ita ut, qvomodocunqve calculus ille ſumatur, conſiſtere neqveat. Similiter & *vita Johannis Epiſcopi* dicit Johannem illum, poſtea *Sancti* nomine celebratum, obiiſſe die Saturni 9. Cal. Maji 1114, qvo tamen anno 9 Cal. Maji in diem Jovis incidit; ſed anno 1121 dies 23 Aprilis, ſive 9 Cal. Maji in diem Saturni incidit, & dictus etiam annus, fide omnium Annalium, Johanni Sancto erat emortualis. *Legenda de Sancto Thorlaco* ex Breviario Nidaroſienſi, libro eccleſiæ liturgico publico deſumta, magnam poſtularet fidem, niſi aperta adſit contradictio, cum dicat Sanctum illum *obiiſſe feria qvinta, decimo die Kalendarum Januarii* (nam qvod cel. *Pontoppidanus* Ann. Eccl. Dan. Tom. 1. p. 463. ſcribit: 12 *Cal. Junii*, non unicus eſt in paucis iſtis verbis exſcriptoris lapſus calami) *adveſperaſcente, qvi eſt proximus dies ante vigiliam nativitatis Domini.* Qvæ omnia coincidunt cum die 23 Decembris anni 1193, qvo Thorlacus Epiſcopus obiit, ſed anno 1186, ad qvem mortem Thorlaci refert *Legenda*, dies decimus Kalendarum Januarii incidit in diem Martis, ſed ipſum feſtum nativitatis

Digitized by Google

tivitatis Domini in feriam qvintam hebdomadis. A. C.
In his etiam omnibus cum *Legenda* consentit *Vita Thorlaci Sancti*, inqviens: "Þorlákr Biskup and-
„adist á Þórsdag einni nótt fyrir Jóla aptan —
„Þá var lidit frá burd Christi MCLXXX. ok VI.
„vetur" qvæ recens antea refutavimus.

(f) trúfaſtir. F. 4. *alii.*

(g) er meſt voro virdtir. E. G. O. R.

(h) vixl. A. B. C. F. veitſlu. M. P. Q.

Digitized by Google

qvare magnates, à qvorum partibus ſtetit epiſcopus, victores foro ceſſere; nec ulla extitit lis gravioris momenti, cui Klængus *epiſcopus non adhiberetur arbiter. Fuere etiam amicorum ejus fidiſſimi, qvi in* Islandia *omnium erant potentiſſimi,* Joannes Lopti *filius &* Giſſur Halli *filius. Munera alternavit* Klængus *epiſcopus, cum ſummis apud exteros principibus regionum vicinarum; qvibus rebus, tam intra qvam extra patriam, amicos ſibi paravit. Templi* Skalholtini *cum eo perducta erat ſtructura, jam ut illud inaugurari poſſe judicaret epiſcopus, magnum & opiparum convivium amicis ſtruxit, cui convivas vocavit* Biörnem *epiſcopum* Holenſem, Nicolaum *abbatem, & multos inſulæ optimates, adeo ut ibi ingens convivarum multitudo adeſſet. Uterqve epiſcoporum,* Klængus & Biörn, *alter extrinſecus, alter intrinſecus, templum inaugurarunt, conſecrarunt-qve* Petro *apoſtolo, cui antea fuerat ſacrum, orationem habente* Nicolao *abbate, id qvod* A. C.

Viti

(87) Nicolaus iſte erat primus Abbas monaſterii Thveræenſis, diſtingvendus ab altero Nicolao, Abbate Nidroſienſi, qvi eidem ætate erat ſuppar.

Digitized by Google

A. C. Viti píningarvotts. Enn eptir tídir baud *Klængr* Biſcup öllum þeim mönnum er vid kyrkiu vígſlu höfdu verit at hafa þar dagverd, þeim er ſer þótti þat betr gegna, oc var þat enn giört meir af ſtórmenſku enn fullri forſiá, af því at á einn veg (i) reyniz þat ávallt, at eiga undir mörgum heimſkum, er einn vitr madr má vel fyriſiá med ſtillíngu, mátti þar oc þá mikit at raun um þat komaz, fyri því at ei höfdu þar færri menn dagverd enn VII.C manna, oc urdu tillög med óhægindum ádr letti. Sú veitzla var allvirduglig, at öllum mönnum er þángat var bodit, oc voru þeir allir, er virdíngamenn voru, med ſtórgiöfum á burt leyſtir. Eigi at ſídr ſeck Biſcup til kyrkiu í *Skálaholti* (k) allt þat er þurfti, uns hún var at öllu velbúin; hann let giöra gullkaleik, oc ſetia gimſteinum, oc gaf Kyrkiunni, hann let oc rita tídabækur miklar

(i) manni, *add.* A. B. C. D.

(k) þat meſt hann mátti til ſá, *qvantum comparare potuit.* E. G. O. R.

Viti martyris die factum est. Sacris peractis, invitat episcopus ad prandium advenas omnes, qui encæniis interfuerant, quibuscunque id volupe esset; quod tamen fecit, magis ut magnificentiam ostentaret, quam rem rite præmeditatus: eundem enim semper sortitur res eventum, si id multorum stultorum arbitrio permiseris, quod unus sapiens, adhibita moderatione, cavere facile posset; id quod tunc maximè experientia docuit: cum enim non pauciores, quam septingenti, ibi prandium sumerent, non sine magna difficultate apparatus datum est istud prandium, antequam ejus factus est finis. Fuit (tamen) hoc lautissimum convivium, si ad illud vocatorum multitudinem respexeris, quorum honoratiores omnes amplissimis aucti xeniis dimissi sunt. Nihilominus episcopus ad templi Skalholtensis *structuram necessaria omnia postea comparavit, donec illud à rebus omnibus probe paratum erat & instructum. Calicem ex auro factum & gemmis ornatum, templo ille dono dedit.* A. C.

Digitized by Google

A. C. miklar oc (l) miklu betri enn ádr vóru. Sú var öll idia hans ſenn, at kenna preſtlíngum, oc ritadi, oc ſaung pſaltara, oc mælti þó allt pat er naud (m) bar til. (n) Meinlátſamari í mörgu lagi, vid ſiálfan ſic, enn adrir Biſcupar höfdu verit, í vökum oc föſtum oc klædabúnadi; hann geck opt berfættr um (o) nætur í ſníóum oc froſt-
1162 um. Þá er *Klængr* Biſcup hafdi X vetr Biſcup verit, þá andadiz (88) *Biörn* Biſcup at *Hólum* II nóttum eptir Lúcas meſſu, þá er hann hafdi XV vetur Biſcup verit, enn um ſum-
1163 arit eptir var kiörinn *Brandr* preſtr. *Sæmundar*ſon, oc hafdi hann utan med ſer bref *Klængs* Biſcups á fund *Eyſteins* Erkibiſcups, oc var hann vígdr til Biſcups Máriumeſſudag hinn ſídari, oc var í *Biörgvyn* um veturinn, oc

(l) lángtum. A. B. & 8. *alii.* öllu. O.
(m) bad. A. B. D. G. K. R. baud til. F.
(n) meinlátſamr. A. B. 10. *alii.*
(o) vetur, *hiemes.* 7. *Codd.*

(88) Biörn Epiſcopus (ſide Annalium) obiit anno 1162, ejus vero ſucceſſor Brandus Epiſcopus inaugura-
tus

Digitized by Google

dit. Ille etiam exſcribi curavit brevia- A. C.
ria optimæ notæ, prioribus multo me-
liora. Omnis ejus induſtria in eo jun-
ctim verſabatur, ut pueros inſtrueret ſa-
cerdotii candidatos olim futuros, (libros)
exſcriberet, & pſalterium cantaret, ſub his
junctis negotiis ea ſimul loqvens, qvæ uſus
tuliſſet. Variis modis incommoda ſibi ipſi
facesſivit, plura qvam epiſcopi priores, vigi-
liis, jejuniis, & veſtitu; etiam ſæpe noctu,
inter nives & frigora, pedes ambulavit.
Cum Klængus *epiſcopus decem hiemes epi-* 1162
ſcopi munere functus erat, Biörn Holenſis
epiſcopus obiit, duabus noctibus poſt Lucæ
feſtum, cum qvindecim hiemes epiſcopus
fuerat. Seqventi vero æſtate, electus eſt
Brandus *ſacerdos* Sæmundi *filius, qvi ex* Is- 1163
landia Klængi *epiſcopi literas ſecum por-*
tans ad Eyſteinem *Archiepiſcopum pro-*
fectus, feſto Mariæ poſteriori epiſcopus
eſt inauguratus. Hyeme Bergis *una*
cum

---

tus eſt anno 1163; nam qvod annus 1164 ab *Annalibus Skalholtenſibus antiqvioribus, Recentioribus*, & *Membraneis* adſcribitur, de ejus in patriam reditu intelligi poteſt; qvamvis nec negandum ſit, qvod *Sturlungaſaga* libr. 3. cap. 1. hunc ad annum 1165 referre videatur.

Digitized by Google

A. C. oc ſvo *Jón Loptsſon*, enn ſídan fór Biſcup
1164 út um ſumarit eptir, oc ſettiz á Biſcups-
ſtólinn á *Hólum*, ſem hann var til vígdr.

XIX. Cap.

Klængr Biſcup hellt allt til elli vegſemd ſinni oc (p) vinſældum, ſvò at allir virdtu hann mikils, þeir ed meſt vóru verdir. Enn er hann tók at (q) elldaz, þá ſókti at hönum vánheilſa mikil, oc tóku í fyrſtu fætur hanns at opnaz af kullda oc meinlætum oc óhægindum þeim er hann
1173 hafdi haft. Enn er hann tók at mæda bædi elli oc vanheilſa, þá ſendi hann utan bref ſín til *Eyſteins* Erkibiſcups, oc bad hann leyfis, at hann ſkyldi ná af hendi at ſelia (r) landfiölſkylldir biſcupsdóms ſíns, oc at taka annann Biſcup í ſtadinn, eptir dæmum *Gitzurar* Biſcups, enn þau ord kómu aptr

(p) vinſælld. F.
(q) ellaz. F.
(r) lanz fiölſkyldu biſcupsdæmis. A. B. & 7. *al.*

Digitized by Google

cum Joanne Lapti *filio transacta, in* Is- A. C.
landiam *proxime ſequenti æſtate redux,* 1164
ſedem occupavit epiſcopi in Holis, *cui erat inauguratus.*

Cap. XIX.

Klængo *epiſcopo ad ſenectutem usqve ſuus manſit bonos populiqve favor, adeo ut eum magni facerent omnes, qvotqvot ipſi dignitate erant maxime conſpicui. Seneſcentem adverſa & gravis inceſſit valetudo, cui primum obnoxii pedes ejus, doloribus vexabantur ulcerum, qvæ ibi aperuerant frigora, incommoda varia atqve moleſtiæ, qvas olim pertulerat. Se-* 1173
nio igitur & morbo paulatim fatiſcens, Eyſteini *Archiepiſcopo literas miſit, qvibus id ſibi dari petiit, ut depoſitis pluſculis ſui officii muneribus, exemplo* Giſſuris *epiſcopi alium liceret ſuo loco ſufficere.*

Digitized by Google

A. C. aptr frá Erkibiſcupi af hans leyſi
1174 ſkylldi Biſcup kióſa oc ſenda utan, enn hann ſkylldi hallda upp tídagiörd oc kenningu, meðan hann væri til fær, þótt hann væri ei fær til yfirferdar. *Klængr* Biſcup fór til alþíngis, oc ſókti þá (s) at höfdíngia at madr væri til Biſcups koſinn, oc var þat allra manna rád at hann ſkyldi kióſa þann ſem hann vildi, enn hann kaus *Þorlák* (t) Þórhallaſon, er þá var Abóti í *Þyckvabæ*, oc var þat mikil gæfa *Klængs* Biſcups, er hann kaus þann mann eptir ſic er nú er ſannheilagr, oc allir mega vita at alldrei fyrrmeir hefr neinn madr at því reynſt á *Islandi* (89) nema hinn Heilage *Þorlákr* Biſcup er þá var til Biſcups koſinn. Enn þó hafdi *Klængr* Biſcup ſtadarforrád þau miſſere, oc var þó óhægt fyrir at ráda, því at þá lágu eingar giafir til ſtadarins, enn afvinna vard eingu

(s) á *pro* at, A. D. F.

(t) Þórhalls. B. C. K. Þórvalldz. A. D. Þorláks. 7. *Codd. male.*

Redditæ ab Archiepiſcopo litteræ id tu- A. C.
lere reſponſi, licere ejus permiſſu novum 1174
eligere epiſcopum, electumque peregre mittere, ipſum vero (Klængum *epiſcopum*) *ſacrorum adminiſtrationem continuare juſſerunt, licet obeundæ dioeceſi impar eſſet.* Klængus *epiſcopus ad comitia profectus, proceres rogavit, ut epiſcopus eligeretur alius quidam, quibus omnibus viſum eſt conſultum, ut ipſe, quemcunque vellet, eligeret; elegit ergo* Thorlacum Thorhalli *filium, tunc temporis monaſterii* Thyckvabænſis *Abbatem; qua in re magna fuit* Klængi *epiſcopi felicitas, cum in ſuum locum eligeret illum, qui nunc verè ſanctus eſt, & de quo omnibus conſtet, talem in* Islandia *repertum eſſe neminem, præter ipſum epiſcopum* Thorlacum Sanctum, *qui tunc epiſcopus eſt electus. Per ea tamen ſemeſtria penes* Klængum *epiſcopum ſedis epiſcopalis fuit adminiſtratio, licet ea adminiſtratio ei valde difficilis eſſet: tunc enim ſedi nullæ acceſſerant donationes, expenſæ vero neceſſariæ nihilo quam hodie erant minores. Cum*

(89) Hinc ætas ſcripti facile intelligitur, nam Thorlaci ſanctitas publice recepta fuit 1198, ſed Jonæ Epiſcopi anno 1200, ita ut ſcriptum hocce, dicti biennii tempore, ſcriptum eſſe inde concludi poſſit.

Digitized by Google

A. C. eingu minni. *Klængr* Biſcup ſeldi
1175 ſiálfr af hendi ſtadarins forrád, oc feck þau í hendr Þ*orláki* (u) Abóta oc þeim mönnum er hann kiöri til med ſer. Enn hin ſídurſtu miſſeri er *Klængr* Biſcup lifdi, reis hann náliga alldrei úr reckiu, oc bióz eptir því vidr andláti ſínu, ſem hvör vitr madr mundi ſer helſt kióſa í laungum vanmætti. *Klængr* Biſcup var vígdr til Biſcups á dögum *Evgenii* Páfa (90), af *Aſkeli* Erkibiſcupi á dögum *Eyſteins* oc *Sigurdar Noregs* Kónga, hann hafdi þá II vetr hins fimta tug-
1176 ar, oc var Biſcup XXIIII vetur. Hann andadiz prim nóttum eptir Mattias meſſu oc ber ſvo ártíd hans, enn fiórum ef hlaupár er. Þá var þvottdagr í imbrudögum um lángaföſtu. Þá var lidit frá híngadburdi Kriſts, at áratali, einum vetri midr enn ſiötígir hins tólfta hundrads, oc var hann grafinn hiá hinum fyrrum Biſcupum.

Enn

(u) Biſcupi. E. G. L. O. R.

(90) Eugenius Tertius Papa ſedit ab anno 1145 ad 1153.

Digitized by Google

A. C.

ſedis adminiſtrationem Klængus *epiſcopus* 1175
deponebat, eam in manus tradidit Thorlaco *Abbati aliisque quos hic ſocios elegit. Ultimis vero, quibus* Klængus *epiſcopus vixit, annis, de lecto nunquam fere ſurrexit, ſed ſe ut morti obviam iturum paravit, eo modo, quo id facere optaſſet ſapiens quisque, quem longa detinet valetudo.* Klængus *epiſcopus ab* Aſkele *Archiepiſcopo inauguratus eſt,* Evgenii *Papæ* Eyſteinisque & Sigurdi Norvegiæ *Regum tempore, quadraginta duas hiemes natus, viginti quatuor hiemes munere epi-* 1176
ſcopi functus eſt, ſed tres noctes poſt Matthiæ feſtum mortuus, quo feſto die ejus anniverſaria celebrantur, quatuor autem noctes (poſt dictum feſtum) ſi annus fuerit biſſextilis, die Saturni, in quatuor temporum jejuniis quadrageſimalibus, quo tempore, à nato Chriſto, ſecundum computum vulgarem, undeſeptuaginta ſeculi duodecimi hiemes erant elapſæ. Prionibus epiſcopis vicinus eſt ſepultus; adfuit

1153. Quod ea quæ de Chronologia noſtri ſupra p. 28. notavimus, ulterius confirmat.

Digitized by Google

A. C. 1176 Enn *Þorlákr* Abóti ſtód yfir hönum, bædi yfer greftri hans, oc andláti, oc bar hönum allſkonar (x) giptuſamliga til, er ſlíkr madr ſkylldi yfir hönum ſtanda bædi lífs oc (y) öndudum, ſem nú reyniz fyri Gudi hinn (z) ſæli *Þorlàkr* Biſcup.

XX. Cap.

Mörg urdu ſtór tídindi medan *Klængr* var Biſcup, þó at ec geti hér ei margra. Þá vard fyrſt fráfall þeirra brædra *Haraldſ*ſona *Gilla Noregs* Kónga, *Sigurdar* fyrſt, þá *Eyſteins*, enn *Inga* (91) ſídarſt, oc andlát *Jóns* Erkibiſcups (92) oc fall *Hákonar Herdibreids*

(x) gæfuſamliga. M. O. P. Q.
(y) lidnum. A. B. & 9. *al.*
(z) helgi, *Sanctus*. A. B. C. D.

(91) Rex Sigurdus interfectus eſt anno 1155, Rex Eyſteinn anno 1157, & Rex Ingius anno 1161. *Annales* eqvidem *Skalholtenſes antiqviores*, *Recentiores* & *Membranei* cædem Sigurdi ad 1154 & *Breviores* cædem Eyſteinis ad 1158, ſed Ingii ad 1160, referunt, qva in re fidem vix merentur.

Digitized by Google

autem Thorlacus *Abbas*, *& ſepultura ejus & morti, id quod feliciter admodum ei accidit, ut tam vivo quam mortuo vir tantus adſtaret, quantus coram Deo beatus* Thorlacus *epiſcopus eſſe nunc cognoſcitur.* A. C. 1176

Cap. XX.

Klængo *epiſcopo, plurimæ res acciderunt maxime memorabiles, licet hic multæ non memorentur. In hoc tempus fratrum*, Haraldi Gilli *filiorum*, Norvegiæ *Regum, deceſſus incidit, primo* Sigurdi, *deinde* Eyſteinis, *& ultimo* Ingi; Joannis *Archiepiſcopi obitus*; Haconis

(92) Johannes primus Norvegiæ Archiepiſcopus obiit anno 1157, ut *Annales Regii*, *Reſeniani*, *Flateyenſes*, *Oddenſes*, & *Holani* utrique teſtantur, non autem 1158, ut volunt *Annales Skalholtenſes antiquiores*, *Membranei*, *Breviores* & *Recentiores*. *Vita Johannis Sancti*, qvæ Auguſtinum (ſive Eyſteinem) primum Norvegiæ Archiepiſcopum appellat, graviter errat, & in hac re audienda non eſt.

Digitized by Google

A. C. breids (93), oc andlat Biarnar Biſcups at Hólum (94). A dögum Klængs Biſcups var pindr hinn heilagi Thómas Erkibiſcup (95) í Englandi; oc á hans dögum kom annat ſinn upp elldr í Heklo (a) fialli (96), þá vard oc (b) jardſkiálfti ſá er mannſkadi vard at (c). Þeſſir menn önduduz Islendſkir medan Klængr var Biſcup: Jón Sigurdarſon (97) oc (d) Hreinn (e) á Bári (98), Páll Þórdarſon, oc Gud-

(a) felli, *montículo.* E. F. G. O. R.

(b) landſkiálfti. L. ſkiálfti jardar. F.

(c) *Hic Codex* L. *prolixam ſubnectit relationem de ignis ex Hecla monte eruptione anno* 1300, *quæ vero ad hunc locum non ſpectat.*

(d) Hreinn á Bári, *omittunt.* A. B. C. D. F. & 7. *al.*

(e) *Legendum* Abóti, *monente.* A. Magnæo *in marg.* R.

(93) Rex Hacon Humerosus cecidit anno 1162. Soli *Annales Breviores*, pro more, ejus mortem ad annum præcedentem anticipant.

(94) Vid. supra not. 88. *Annales Breviores* annum Biörnis emortualem 1163 minus accurate adscribunt.

Digitized by Google

Herdabreidi *cædes*, & Biörnis *episcopi* A. C.
Holensis *mors*. Klængi *episcopi tempore*, Sanctus Thomas *Archiepiscopus in* Anglia *obiit*, *tortus necatusque*. *Ejus etiam tempore* Hecla *mons ignem secundo evomuit*; *& tunc quoque terræ motus exstitit*, *quo homines aliquot perierunt*. Klængo *episcopo*, *mortui sunt* Islandi: Joannes Sigurdi *filius* & Hreinn Barensis, Paulus Thordi *filius*,

I 5 Gud-

(95) Martyrium S. Thomæ Archiepiscopi incidit in 29 Dec. 1170. *Annales Regii* apud *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 3. pag. 63. illud anno sequenti adscribunt.

(96) Eruptionem ignis subterranei ex monte Hekla omnes *Islandi*, antiqui ad annum 1158 referunt, soli autem *Flateyenses* annum 1157 adscribunt.

(97) Si hic mendum esset, *Sigurdar* pro *Sigmundar*, certe indicaretur mors viri in patria celeberrimi Jonæ Sigmundi filii, quem anno 1164 fatis cessisse testantur *Annales Regii* loc. cit. pag. 63. *Flateyenses* & *Holani antiqui*; sed *Sturlungasaga* libr. 3. cap. 1. videtur ejus mortem ad annum 1166 referre.

(98) Hreinn sive Reiner Abbas, Styrmeris filius, cujus genealogia multis in *Landnámabók* Edit. Havn. locis pertenitur, erat Sancti Johannis Episcopi Holensis discipulus, & Abbas consecratus anno 1166, obiit anno 1171, ut Historiæ & Annales constanter

A. C. *Gudmundr Ketilsson*, *Biarnhedin* preſtr *Sigurdarson* (99) oc *Beinir* bródir hans í víg *Helga Skaptasonar* (100), oc *Nicolás Sigurdarson* (101) var þá felldr í *Þrándheimi*. Nú má oſt ſýnaz ſem ei hafi ſlíkr ſkörúngr verit á *Islandi* fyri margs ſakir ſem *Klængr* Biſcup var, vilium ver oc þat ætla at hans rauſn muni uppi vera medan *Island* er byggt.

Nú er komit at fráſögn þeirri er ſegia ſkal frá hinum ſæla *Þorláki* Biſcupi, oc er þeſſi ſaga her ſamin til (f) ſkemtunar gódum mönnum, oc til fráſagnar ſem adrar þær er her eru fyrri ritadar. Enn ſvo vel ſem fráſögn (g) fer frá hverium þeirra, þá

(f) eptirtektar. F.

(g) er *pro* fer. A. B. & 10. *al.*

---

ter teſtantur. Hic ipſe erat tertius Abbas Thingeyrenſis, & poſtea primus Hytardalenſis Abbas. *Sturlungaſaga* libr. 2. cap. 34. qvæ hunc Abbatem Thveræënſem appellat, in mendo cubat, cùm Thingeyrenſem vocare debuiſſet.

(99) Biarnhedinis laudes multis canunt *Þorlákſaga Helga* Mſ. & *Sturlungaſaga*, ſed genealogiam exhibet *Landnámabók* Edit. Havn. pag. 37. Obitum ejus Annales omnes anno 1173 adſcribunt.

Digitized by Google

Gudmundus Ketillis *filius*, Biarnhedinn *facerdos* Sigurdi *filius*, & Beiner *ejus frater*, *cæſus* Helgius Skaptii *filius*, & Nicolaus Sigurdi *filius in* Thrandhemia *occiſus*. *Hæc nobis manifeſtum reddent, talem tantumqve, varias ob cauſas, virum nunqvam habuiſſe* Islandiam, *qvalis erat* Klængus *epiſcopus; qvare ſperamus, fore, ut qvamdiu habitata erit* Islandia, *magnifici adeo viri ibi ſuperſtes futura ſit memoria.* A. C.

Ad ea, qvæ de beato Thorlaco *epiſcopo ſunt referenda, jam noſtra deducta eſt narratio; cujus qvidem hiſtoria, ut bonos oblectet, utqve rerum geſtarum ſervet memoriam, hic eſt compoſita, eodem modo, qvo cæteræ ſupra ſcriptæ hiſtoriæ. Qvamvis autem de ſingulis eorum multa nar-*

(100) Hunc in comitiis univerſalibus interfectum fuiſſe anno 1175, teſtantur pleriqve Annales & *Sturlungaſaga* libr. 3. cap. 1. Factum autem ipſum *Gudmundarſaga Góda* multis enarrat. Sed *Annales Breviores* & *Fragmentum Annalium* ſupra allegatum, qvod dictos Annales preſſo pede ſeqvitur, annum 1176 præferunt.

(101) Cædem iſtius Nicolai *Sturlungaſaga* loc. cit. *Annales Regii*, *Flateyenſes*, *Oddenſes*, *Breviores* & *Holenſes* utriqve, ad annum 1176 referunt.

Digitized by Google

A. C. þá eru þó eingin dæmi fegri í alla ſtadi, enn frá þeſſum hinum dýrdliga Guds vin er at ſegia, Þorláki Biſcupi, er at rettu má ſegiaz geiſli edr gimſteinn (h) heilagra þædi á þeſſu landi oc annarſtadar um heiminn, hann má at ſönnu kallaz Poſtuli *Islands*, oc ſem (i) hinn heilagi *Patrekr* Biſcup kallaz Poſtuli *Irlands*, því at þeir frömdu verk Poſtula ſiálfra í ſínum kenningum oc þolinmædi þædi vid óhlýdna menn oc rángláta.

(h) Islandi oc ívo annarſtadar, hann má oc, A. B. & 9. *al.*

(i) heilagr. F.

Saga

narrentur egregia, nulla tamen ab A. C.
omni parte pulchriora occurrunt virtutum exempla, quam quæ de hoc pretioso dei amico dicenda veniunt, de Thorlaco *episcopo*, qui merito inter sanctos radius solis vel gemma dici potest, in hac non tantum insula, sed alibi etiam terrarum. Islandiæ *Apostolus* ille vere salutari meretur, quemadmodum Hiberniæ *Apostolus* vocatur *sanctus* Patricius *episcopus*: vicibus enim ipsorum *Apostolorum* functi sunt ambo, sive doctrinam respexeris, sive, qua erga contumaces ac improbos usi sunt, patientiam.

Vita

Digitized by Google

A. C. Saga af PALE Skálahollts Biſcupi.

I. Cap.

Páll var ſon *Jóns* hins göfugaſta manns (1), *Loptsſonar*, *Sæmundarſonar* hins *Fróda*. Módir *Jóns* var *Þóra* dóttir *Magnúſs* Kóngs *Berfætts*, enn módir *Páls* var *Ragneidr Þórhalls* dóttir, ſyſtir *Þorláks* Biſcups hins *Helga*. *Páll* var fæddr upp í *Odda* med *Jóni* födr ſínum oc lagdi hann ſiálfr, oc ſvo aprir, því meiri virdingu á hann ſem hann var elldri. *Páll* var vænn at áliti, fagrædygr oc faſtædygr, hrockinhárr oc fagrhárr, limaþr vel oc lítt feitr (a), litbiartr oc hörundsliós, mepalmadr at vexti oc manna kurtæisaſtr, hann var nædmr oc vel lærdr þegar á únga alldri, oc hagr at hvívetna

(a) fættr. *Sv.*

(1) Genealogiam Pauli Epiſcopi infra Tab. 2. ut & uxoris

Vita PAULI Episcopi Scalaholtensis. A. C.

Cap. I.

Paulus *filius fuit viri nobilissimi* Joannis Lopti *filii*, Sæmundi *filii* multiscii. *Mater* Joannis *erat* Thora, Magni *Regis* Nudipedis *filia*, Pauli *vero mater* Ragneida Thorhalli *filia*, Sancti Thorlaci *episcopi soror*. Paulus *in prædio* Odda *educatus est apud* Joannem *patrem suum, apud quem, ut & alios plures, eo magis crevit ei honor, quo magis ipse crevit ætate*. Paulus *facie fuit decora, venustis & fixis oculis, crispo nitidoque capillo, membris concinnis & pingviusculus, sereno faciei colore, cute candida, mediocri corporis statura, moribus cultissimis, docilis & in prima etiam adolescentia literis probe imbutus, ad rem omnem dexter, sive scribe-*

uxoris ejus Herdisæ Tab. 3. exhibebimus, ex quibus innotescit eos, optimo genere natos fuisse.

A. C. vetna því er hann giördi bæði at riti oc ödru. Hann kvangaðiz úngr oc fær *Herdísar Ketils* dóttr, vænnrar konu oc vel at sér, at hvívetna því er kvennmann mátti prýda. Enn er þau höfdu sá vetr saman verit, þá fór *Páll* utan, oc var á hendi *Haraldi* Jarli í *Orkneyium* oc lagdi hann mikla virding á hann, enn síðan fór hann suðr til *Englands*, oc var þar í skóla, oc nam þar svá mikit nám, at trautt vóru dæmi til, at nockr madr hefdi jafnmikit nám numit, ne þvílíkt, á jafnlángri stundu; oc þá er hann kom út til *Islands*, þá var hann fyrir öllum öðrum mönnum at kurteisi lærdóms sins (b), versagiörd oc bókalestri (c); hann var svo mikill raddmadr oc saungmadr, at afbar saungr hans oc rödd af ödrum mönnum þeim er þá voru honum samtída; hann fór þá enn til vistar í *Odda*, oc hafdi þá enn gott yfirlæti, sem vert var.

II.

(b) lærdómsins. O.
(c) bókalistum. Sc.

Digitized by Google

ſcriberet, ſive aliud ageret. Adoleſcens A, C,
matrimonium contraxit, uxore ducta Herdiſa Ketillis *filia, eleganti muliere & rebus omnibus, quæ fœminam decent, optime inſtructa. Paucas hiemes cum conjuges fuerant,* Paulus *peregre profectus aliquamdiu manſit apud* Haraldum *Orcadum Comitem, qui magnis eum honoribus affecit. Dein verſus meridiem navigavit in* Angliam, *ubi ſcholam frequentans, tantam ibi ſcientiam ſibi comparavit, ut exempla vix ſuppetant eorum, qui pari temporis ſpatio tantam & talem doctrinam ſibi compararunt. In* Islandiam *redux eruditione, quæ eum ornabat, poëſeos ſtudio & frequenti librorum lectione ceteris omnibus præſtitit. Vocis adeo ſonoræ & canoræ fuit, ut cantus ejus & liquida vox, aliorum vocem ſuperaret, qui ejus vixere tempore. Poſt reditum, ut antea, in* Odda *domicilium habuit, etiamnum, ut par erat, magni æſtimatus.*

Digitized by Google

A. C.

II. Cap.

Enn litlu síðar gerði *Páll* bú í *Skarði*, oc var margs til fyrst fátt; þess er hafa þurfti, enn svo kom skörúngsskapr þeirra beggja hióna oc (d) gódvilldar umsýsla í halld, at þau áttu ærit hvervetna skamms bragðs, oc urðu þau þá fyrir hinum stærstu fiársködum, oc báru þau þat vel oc prúðliga, enda var svo sem ecki gerði af því, oc þá vóxu fe þeirra, sem fær gengi á land. *Páll* var (z) raungódr

(d) gódvild, *instar adjectivi*. A. B. C. D. gódvilld vina í halld. *Sv.*

(z) Qvod ad noſtri genium & agendi cogitandiqve modum pertinet, ille ex dictis & jam dicendis patet; qvibuscum reliqvi ſcriptores conſentiunt. *Vitæ Epiſcopi Gudmundi* autor, qvamvis totus in eo ſit, ut ſtulto & præcipiti Gudmundi zelo omnem ſanctitatis colorem inducat, Paulum tamen eſſe *virum bonum & ſanctum, qvi multas à ſubditis perpeſſiones exantlandas habeat, adeoqve & coram Deo tanto ſit honoratior & acceptior*, non diſſimulat. Qvantam & qvam felicem operam Paulus optimatibus Islandiæ in gratiam invicem reducendis impenderit, *Sturlungaſaga* multis perſeqvitur. Ita

ei

Digitized by Google

Cap. II.

A. C.

Paulo poſt in prædio Skardi *domicilium fixit* Paulus, *licet initio deeſſent multa, qvibus opus fuit; verum utriusqve conjugis ſtrenue navata opera & benevola cura eo profecit, ut brevi cujuslibet rei ſatis haberent, qvamvis maximam pecudum facerent jacturam, qvam æqvo & magno animo pertulerunt; fuitqve ea res, qvaſi non accidiſſet: poſtea enim opes illorum, inſtar maris, terram inundantis accreverunt.* Paulus *benignus erat natura,*

ei præprimis tribuitur pacis publicæ in Comitiis generalibus anni 1196 conſervatio; & anno 1200, fratrem Sæmundum cum Sigurdo Ormi filio reconciliavit. Anno 1206, inter Epiſcopum Gudmundum & Kolbeinem Thomæ filium gratiam reſarciit, felix uterqve, ſi pactis initis ſtetiſſent. Nec Paulus in ſubſeqventibus turbis collegæ defuit, ſed Gudmundum vagum & inopem ad ſe invitavit, ſalutaria ei communicavit conſilia, & ſuam auctoritatem rebus ejus deſperatis reſtituendis interponendam obtulit, qvæ omnia rigidus ille zelotes reſpuit, niſi Paulus etiam ad omnia miſcendum, & cæco Gudmundi fervori velificandum, totum ſe daret, qvod à viro prudenti fruſtra petebatur. Nec tamen diffitendum eſt, Kolſkeggum Divitem poſt fata Pauli

A. C. gódr oc fályndr, oc þýdr vid alla vini ſína, oc alla góda menn, enn hann var (e) ſtirdlyndr vid vonda menn, þiófa oc (f) illmenni ſtiórnarmadr mikill var hann um alla hluti í ſinni ſveit, oc örr til fara allſtadar þar er þurfa þótti hans tilkomu. *Páll* var godordsmadr, oc hellt hann ſvo alla ſína þíngmenn, til allra rettra mála, at hvergi vard þeirra (g) hlutr undir; *Páll* átti IIII börn, þau er úr barnæſku komuz, (h) vid *Herdíſi* konu ſinni, ſonu tvá oc dætur tvær; ſynir hans hetu *Loptr* oc *Ketill*, enn dætur *Halla oc Þóra*, þau vóru öll væn at áliti, oc vel at ſer þegar þau vóxu upp. *Þorlákr* Biſcup módurbródir *Páls*, lagdi á hann mikla virding, oc unni hönum mikit, oc baud hönum

(e) ſtrídlyndr. B. C.
(f) illrædis menn. O.
(g) hluti. O.
(h) med. B.

Pauli Epiſcopi de eodem dixiſſe: *Paulus quidem primis temporibus haud ſatis æquus, & cauſæ ſuæ plus*

Digitized by Google

tura, ſed taciturnus, erga amicos bo- A. C.
nosqve omnes obſeqvioſus, at in ma-
los, fures & nebulones aſperrimus; in
ſua ditione res omnes naviter & ſumma gravitate adminiſtravit, promtus ad omnia adeunda, qvæ ejus opera indigere videbantur. Curiam, cui præerat Paulus, *ita rexit, ſuisqve curialibus in re qvavis æqva, ita adfuit, ut nuſpiam illorum partes eſſent deteriores. Ex uxore* Herdiſa *qvatuor* Paulus *ſuſcepit liberos, qvi adultam attigere ætatem, filios duos, duasqve filias; dicebantur filii* Loptus & Ketell, *filiæ autem* Halla & Thora, *omnes, cum adoleverant, venuſtate formæ honeſtisqve moribus commendabiles.* Paulum *in magno honore habuit ejus avunculus* Thorlacus *epiſcopus, eumqve exiqvie carum, & ad ſe convivam ſæpe voca-*

plus juſto inſiſtens reputabatur, qvamvis, ex qvo Epiſcopus factus erat, bonum virum ſe præſtiterit, qvod ab inimico dictum, ut ſententiam qvandam, cui à Pauli actis auctoritas qværebatur, infringeret, contra noſtrum non valebit, in primis cum ejus operam avunculo præſtitam, haud obſcure notare videatur. Conf. *Sturlungaſaga* libr. 5. cap. 26.

Digitized by Google

A. C. hönum opt til ſín, enn þó nockrir höfdíngiar adrir væru (i) andſtreymir *Þorláki* Biſcupi, þá var *Páll* hönum því trauſtari frændi oc (k) fulltrúi, ſem adrir gengu meir undan. Enn er *Þorlákr* Biſcup andadiz, þá ſýndi *Páll* enn ſína (l) áſt, enn fleſtir allir hans göfgér vinir.

III. Cap.

1194 Id nærſta ſumar eptir andlát *Þorláks* Biſcups ins *Helga*, var *Páll* kiörinn til Biſcups, ádr var miöc (m) laung (n) ræda um þat mál, enn þar kom at um ſídir, at þat var lagt undir *Brand* Biſcup (o), meſt at rádi *Halls Gitzurar*ſonar (3), enn hann kaus *Pál* til utanferdar, enn hann játti ei brádt undir

(i) nockut andſtreymir. O.
(k) fulltrúadri. *Sv.*
(l) dygd áſtligri. O. áſtligri frændſemi enn fleſtir. *Sv.*
(m) ſlaung. O.
(n) tilræda. A. B. C. D. *Sv.*
(o) oc ádra áſtvini hans, *add.* O.

Digitized by Google

vit, adeo ut licet quidam alii magnates A. C.
Thorlaco *episcopo adversarii essent, eo fidelior ei adesset* Paulus *cognatus, cui eo magis fidere posset, quo se magis subduxerunt alii.* Thorlaco *episcopo mortuo* Paulus *majorem, quam pleriqve alii nobilissimi ejus amici, amorem præbuit.*

Cap. III.

Proxima æstate post Thorlaci Sancti *episcopi mortem*, Paulus *in episcopum* 1194
electus est; longo de hac re sermone habito, eo demum ventum est, ut ex Halli Gissuris *filii potissimum consilio, hoc negotium* Brandi *Episcopi arbitrio committeretur; ille autem peregre profecturum (ad munus capescendum) elegit* Paulum, *qvi non cito consensit (onus*

(3) Hallus filius Gissuris, de qvo supra pag. 1. 105. supremum in patria magistratum gessit, qvo anno 1209 abiit, postea Abbas anno 1221 consecratus, monasterio Helgafellensi, & post Thyckvabajensi præfuit, obiit anno 1230. Plurima de illo *Sturlungasaga* & *Annales* referunt, qvæ omnia laudes ejus canunt. Genealogiam ejus vid. infra Tab. 4.

Digitized by Google

A. C. undir at gánga, oc geck annar til at
1194 ödrum at bidia hann, *Brandr* Biſcup, oc ſvo brædr hans, oc adrir hans áſtvinir, enn hann ſyniadi, oc fór vid þat heim af þíngi, ſídan fór hann í *Odda* til Kyrkiudags, um Seliumanna meſſu, med mikilli áhyggiu, enn er allir vóru þrotnir á at bidia hann til, oc hann ſá at þá var vid einga at bægiaz, nema í móti Guds vilia væri, oc villdi hann þat víſt eigi, þá er hann ſhugadi ſitt rád; Þá ſkaut hinn Helgi Andi honum því í hug, at leggia ſiálfan ſic í ábyrgd til þyrftar mönnum, oc geck hann þá ſídan röſkliga undir þann vanda er honum hafdi lengi ádr (p) hugr vid bodit. Enn litlu ſídar fór hann í *Skálaholt* oc *Jón* fadir hans med honum, oc brædur hans, oc tók þegar vid öllum fiárforrádum ſtadarins. Hann baud þá þegar þar at vera *Gitzuri Halls* ſyni, er ádr hafdi þar verit um daga *Þorláks* Biſcups hins *Helga*, oc meſt ſtadarprýdi var at öc hýbýlabót þeirra

(p) framan til, *addit. Sv.*

Digitized by Google

illud) *subire; quare alter post alterum ac-* A. C.
cedentes illum rogarunt, hos inter Bran- 1194
dus *episcopus, fratresque ejus & alii amicorum intimi; sed detrectavit ille, & re ita constituta, à comitiis domum ivit. Postea festo Sanctorum in insula Selia, curis æger, ad festum dedicationis templi celebrandum, ad prædium* Odda *profectus est. Omnibus autem rogando fatigatis, cum videret à se nemini hâc in re incommodum fieri, nisi ipse voluntati divinæ obluctaretur; quod crimen nequaquam admittere voluit, rem serio meditatus: subiit divino spiritus sancti afflatu mentem ejus id consilii, ut pro aliorum utilitate se ipsum periculo objicere vellet, quo facto, grave negotium strenue subiit, à quo mens ejus diu aversa fuerat. Paullo post, patre* Joanne *fratribusque ipsum sequentibus, ad* Scalholtum *ivit, ubi rerum opumque, quæ sedis erant, curam omnem mox in se suscepit. Ibi manere statim jussit* Giffurem Halli *filium, qui tempore* Thorlaci Sancti *episcopi in* Scalholto *federat, sedis istius summum ornamentum, & præcipuum, præ aliis, qui*

Digitized by Google

A. C. þeirra manna er þar (q) væri. *Páll*
1194 let öll hin ſömu fiárforrád vera í *Skálaholti* ſem ádr höfdu verit, enn hann ſetti *Þorkel* Preſt *Hallsſon* til kyrkiu vardveitzlu, (r) oc þá þiónadi hann honum fyrſt er hann kom út, enn hann var ſidan Canúki í *Veri*. *Herdís* vardveitti bú þeirra í *Skardi* oc börn þeirra öll, oc audrædi þeirra vel oc ſæmiliga (s) medan hann var utan, oc var þat almælt, at eingi börn væri ſvo vel vanin, ſem þeirra börn í öllu heradi, oc hellt þat vel ſkapi medan hún lifdi, af því at hún var allra kvenna vönduz, bædi fyri ſína hönd oc annara manna ſem opt bar raun á.

IV. Cap.

Páll fór utan hit ſama ſumar er hann var koſinn til Biſcups, oc var þá diákni at vígſlu. Honum greiddiz ſín

(q) þá *Sv.*
(r) ſá *pro* þá. *O.*
(s) ſköruliga *Sv.*

Digitized by Google

ibi erant, decus & fulcimentum. Cæ- A. C.
tera, in Scalholto *opes administrandas* 1194
eisdem reliqvit, qvi ibi antea fuerant, templi vero custodiam (sacerdotis munus) Thorkeli *sacerdoti* Halli *filio, qvi episcopo in* Islandiam *reduci primum ministravit, sed postea Canonicus* Verensis *factus est. Eam, qvæ in* Skardio *erat, rem familiarem, liberosqve omnes & possessiones bene ac prudenter curavit* Herdisa, *qvo tempore ipse peregre erat, ferebatqve omnium sermo, per totum territorium liberos non dari, qvi cultis moribus possent cum* Pauli & Herdisæ *liberis comparari; id qvod, qvoad ea vixit, tenuit: fuit enim tam in suis, qvam aliorum negotiis, omnium mulierum laboriosissima; id qvod experientia sæpe docuit.*

Cap. IV.

Paulus *eadem æstate, qva in episcopum eligebatur, peregre profectus, tunc ordine Diaconus, prosperum habuit iter,*

in

Digitized by Google

A. C. ſín ferd vel, uns hann kom til *No-*
1194 *regs* oc fór ſídan til kaupángs í *Nid-*
arós, oc var þar um veturinn, uns
(t) leid jól, oc þóttiz hver þeirra
manna bezt hafa, er hans ſæmd oc
virding giördi meſta, því helldr er
göfigri vóru, oc virdu þeir þá rett.
Eirikr (4) Erkibiſcup var í *Danmör-*
ku, þá er *Páll* (u) kom utan til vígſlu,
oc var hann med *Abſaloni* Erkibi-
ſcupi, enn *Sverrir* Kóngr (x) *Mag-*
nus var auſtr í *Vík*, oc fór þadan á
1195 *Upplönd*. Enn eptir jól fór *Páll* nord-
an úr kaupángi á fund Kóngs med
ſínu föruneyti, oc var þá med hön-
um fiölldi Kóngsmanna, enn Kóngr
tók ſvo vel vid honum, ſem ſonr
hans edr bródir væri til handa hónum
kominn, oc giördi ſvo mikla virding
hans oc tign, ſem hann mundi ſiálfr
kióſa edr hans vinir. Enn bædi var
at hann kunni betr enn fleſtir menn
adrir, oc hafdi betri færi á, oc ſló
öllu

(t) kom. O.

(u) Biſcups efni, *addit. Sv.*

(x) Magnúſſon, *omnes, malè.*

Digitized by Google

in Norvegiam *usqve*, *ubi emporium pe-* A. C.
tens, *qvod* Nidrosiæ *est*, *ibi hiemem trans-* 1194
egit, *ultra festum natalitiorum Christi*, *omnibus adeo honoratus*, *ut is primas ferre videretur*, *qvi honorem ejus & dignitatem maximè promovisset*, *eo majore qvisqve studio*, *qvo erat nobilior*, *qva in re recte senserunt*. Ericus *Archiepiscopus in* Dania, *apud* Absalonem *Archiepiscopum morabatur*, *cum* Paulus *in* Norvegiam *venit inaugurandus*. *Rex autem* Sverrer Magnus *in* Vikia *versabatur*, *unde in regiones superiores* (Upplandias) *se contulit*. *Post festum natalitiorum* 1195
Christi, Nidrosia *relicta*, *de septentrione profectus est suo cum comitatu* Paulus, *ut Regem conveniret*, *tunc magna regiorum satellitum frequentia stipatum*, *qvi ea humanitate eum suscepit*, *acsi frater vel filius ad eum venisset*, *tantaqve veneratione ac honore coluit*, *qvantam ipse* (Paulus) *amicive ejus optassent*: *etenim Regem hac in re & melior*, *præ aliis plerisqve*, *juvit scientia*, *& major facultas*,

(4) De Erico Archiepiscopo ejusqve exilio voluntario multis *Sverrissaga*, & ex illa *Torfæus* Histor. Norveg. Tom. 4. pag. 15. seqv.

Digitized by Google

A. C. öllu vid því er til (y) gæda var, er
1195 þeir mætti bádir göfgaſtir af verda. *Þórir* Biſcup vígdi *Pál* til preſts í *Hamar* kaupángi, þar var á imbrudögum á lángaföſtu, einni nótt eptir Matthias meſſu, oc fór hann ſídan aptr til Kóngs hina ſömu nótt, oc var þá med honum uns hann fór til *Danmerkr*, oc feck Kóngr honum alla hluti þá er hann þóttiz hafa þörf á úr landi, Kóngr let oc alla Biſcupa fá honum bref ſín med innſíglum, þá er í landi voru. Fór hann ſídan til *Danmerkr* um föſtuna, oc kom til *Lundar* Páſkadaginn fyrſta, á fund Erkibiſcupa, oc baud *Abſalon* honum þegar til ſín, er hann kom, med hinni meſtu ſæmd; enn beid hans at hámeſſu, þegar hann viſi at hans var þángat von. Var hann ſídan med Erkibiſcupi um Páſkavikuna, oc var í hinu tíguligaſta yfirlæti af þeim bádum, oc var þá þegar rádin vígſla hans; af því at þeir gátu brádt reynt

(y) girnda *Sv.*

Digitized by Google

cultas, nulli rei parcentem, qva lætari A. C.
uterque, qvave qvam maximè posset ho- 1195
norari. Thorer *episcopus, in emporio* Hamarensi, Paulum *consecravit sacer-*
dotem; id qvod factum est, qvatuor tem-
porum diebus qvadragesimalibus, postri-
die festi Sancti Matthiæ. Eadem nocte
ad Regem reversus, apud eum mansit,
donec in Daniam *iter faceret, ad qvod*
Rex eum rebus omnibus instruxit, qvi-
bus ipse sibi, extra regnum ituro, opus
fore judicavit. Rex omnes, qvi in regno
aderant, episcopos, literas (commendati-
tias) ei dare jussit, qvo facto, tempore
qvadragesimali in Daniam *profectus, pri-*
ma paschatis feria Londinum (Scanorum)
venit ad Archiepiscopos, ubi venientem
Absalon *maximo cum honore mox invi-*
tavit apud se hospitaturum, & ad publica
missarum solemnia, qvibus eum interfu-
turum audiverat, accedentem exspecta-
vit. Apud Archiepiscopum cum hebdo-
made paschali commoratus fuerat, ab utro-
qve præsule in summo honore habitus, ejus
statim fuit decreta inauguratio, mox eos
docente experientia, qvam insignis esset
& doctri-

Digitized by Google

A. C. 1195 reynt þat, hver ſkörúngr hann var, bædi at lærdómi oc vitrleik oc atgervi, enn hann beid vígſlu í múnklífi því er heitir á *Heradsvadi*, oc var hann fyrr vígdr enn þeir höfdu þó ætlat er þeir ſkilduz, oc kom þat meſt til þeſſ, at *Knútr* Kóngr *Valdimars*ſon lagdi þau ord til, at hans ferd ſkyldi flýta, eptir því ſem honum bezt gegndi oc þeim mönnum er hann ſkylldi Biſcup yfir vera; oc fór þat enn eptir annari hans gæfu, at hinn göfgaſti mædr virdi hann þar ſvo mikils (z) ófen, at hann gaf þat rád til ſem hann mundi ſiálfr kióſa. *Abſalon* Erkibiſcup vígdi *Pál* til Biſcups *Jóns* dag Biſcups, VIII nóttum fyri *Philippus* meſſu oc *Jacobus*, at rádi *Eiriks* Erkibiſcups, er ei hafdi þá ſiálfr ſýn til at vígia hann, vóru Biſcupar vid vígſlu *Páls* Biſcups, *Eirikr* Erkibiſcup oc *Petr* Biſcup af *Róiskeldu*. *Páll* Biſcup gaf gullhríng *Abſaloni* Erkibiſcupi oc annan *Eiriki* Erkibiſcupi oc öllum þeim ödrum nockrar

(z) ófen *omitt.* D. O.

Digitized by Google

& doctrinæ & prudentiæ, & ad gravis- A. C.
simia negotia qvam promtus atqve habilis. 1195
In coenobio, qvod Heradsvadum dicitur, dum inaugurationem præstolabatur, accidit, ut illa prius succederet, qvam Archiepiscopi digressi decreverant, ea præcipue de causa, qvod huic negotio interpres pro eo interceſſerat Knutus Rex, Waldemari filius, svadens, ut iter ejus accelaretur, prout ipsi maxime foret commodum, iisqve omnibus, qvorum episcopus esset futurus; qvæ res ei accidit, pro reliqva ejus felicitate, ut vir summæ dignitatis nondum visum tanti faceret, ut de itinere ejus accelerando consilium daret, qvod ipsi esset optatissimum. Absalon Archiepiscopus Paulum inauguravit episcopum, festo Joannis episcopi, octo noctibus ante Philippi & Jacobi festum, consilio & consensu Erici Archiepiscopi, qvi ipse eum non poterat inaugurare, oculorum lumine destitutus. Pauli episcopi inaugurationi præsentes aderant episcopi, Ericus Archiepiscopus, & Petrus episcopus Roskildensis. Paulus episcopus Absaloni Archiepiscopo aureum annulum & alium Erico Archiepiscopo donavit, nec

Digitized by Google

A. C. nockrar gerſimar er ſtuddu embætti
1195 hans vígſlu, oc (a) tignar. *Cœleſtinus* var þá Páfi (5) er *Páll* Biſcup var vígdr. *Páll* Biſcup var þá fertugr at alldri, er hann var til Biſcups vígdr (6), fór hann ſídan til *Noregs*, oc fann *Sverri* Kóng í *Vík* auſtr, oc fór med honum til *Biörgvynar*, oc var med honum (7) uns hann fór til *Islands* hit ſama ſumar, oc tignadi Kóngr hann því meir í öllum hlutum, ſem hann hafdi lengr med honum verit, oc hann kunnr hann giör, allir virdu hann mikils ſem von var at, oc frændr hans vóru allir þeir er göfgaſtir voru í landinu.

V. Cap.

Páll Biſcup fór þá út til *Islands* hit ſama ſumar, ſem hann hafdi vígdr verit

(a) tign. A. B. C. D.

(5) Cœleſtinus Tertius Papa ſedit ab anno 1191. ad 1198; qvo anno die 8 Januar. decesſit.

(6) Paulum anno 1195 conſecratum fuiſſe, omnes *Annales*, *Sverrisſaga* & *Sturlungaſaga*, teſtantur.

Digitized by Google

cæteros omnes, qui ejus inaugurationi & honori opitulati fuerant, ſuis donis carere eſt paſſus. Cœleſtino *Papa*, Paulus *inauguratus eſt epiſcopus, tunc annos qvadraginta natus. In* Norvegiam *dein redux*, Sverrerem *Regem in* Vikia *convenit, qvocum* Bergas *profectus, & ibi apud illum commoratus eſt, donec eadem æſtate in* Islandiam *reverteretur. Omnimodo autem honore eo magis eum coluit Rex, qvo diutius apud eum commoratus, & qvo ei notior factus eſt epiſcopus. Omnes etiam alii eum magni æſtimarunt, prout æqvum erat, cum inter cognatos ille numeraret, qvotqvot habuit* Islandia *nobiliſſimos omnes.* A. C. 1195

Cap. V.

Eadem æſtate, qva epiſcopus fuerat inauguratus, in Islandiam *redux,*

(7) Paulus qvoqve Concilio Epiſcoporum, hoc anno Bergis celebrato, interfuiſſe videtur, in qvo crimen feloniæ Haraldo Comiti Orcadum à Rege Sverrero intentatum pertractabatur, & literæ ea de re ad Pontificem Romanum exarabantur.

Digitized by Google

A. C. verit til Biſcups, oc kom í *Eyaſiörd*,
1195 oc veitti hann þá þegar dýrliga veizlu *Brandi* Biſcupi, oc ödrum vinum ſínum þeim (b) er þar var vid koſtr, vín at drecka oc öll önnur atfaung ſem meſt máttu verda; ſyndiz þat þá þegar í fyrſtu, ſem opt urdu ſídan raunir at, at hann undi þá ávallt bezt, er hann gladdi vini ſína ſem fleſta oc vandamenn í veitzlum virduligum, med áſtúd oc ſkörúngſkap. Hann hafdi þá út med ſer tua glerglugga at færa Kyrkiunni í *Skálabolti*, feſtarmeyiu ſinni andligri, oc ſyndi hann þá þegar þat er ſídar kom enn meir fram, hvat honum bió í hug, hverſu miöc hann vildi þá kyrkiu prýda um þat fram ſem ádr var, er hann var til vígdr, þótt hún væri ádr gerviligri, oc dýrligri enn hvert annara húſa er á *Islandi* vóru. Sú var hin fyrſta virding er *Páll* Biſcup gerdi til ſtóls ſíns, oc ſinnar kyrkiu um þat fram ſem neinn Biſcup hafdi ádr gert, at hann ſaung enga meſſu ádr hann kom

(b) þeim er þar voro þá, oc var þá koſtr vín at. *Sv.*

Digitized by Google

in Eyafiördum appulit, ubi lautum sta- A. C.
tim instruxit convivium, Brando episco- 1192
po aliisque amicis, qui fuere præsentes, in quo convivio vino fuit propinatum, aliusque, qua fieri potuit, maximus erat apparatus. Hoc initio id mox apparuit, quod sæpe deinceps docuit experientia; cum in sinu maxime fuisse visum, quando sinceræ cum amicitiæ tum magnificentiæ cultor, amicos suos & necessarios quamplurimos opiparis conviviis posset exhilarare. Ab exteris tunc advexit duas vitreas fenestras, templo Scalholtensi, sponsæ suæ spirituali, offerendas, ea re statim monstrans, quod postea clarius apparuit, id ei statutum cum animo esse, templum hocce, cui erat inauguratus, nova splendore & pluribus, quam antea habuerat, ornamentis augere, licet cæteris omnibus Islandiæ ædibus instructius longe & augustius esset. Primus, quo Paulus episcopus sedem templumque suum auxit, plusquam ullus alius ante eum episcopus, honor, hic erat, quod nullam cecinit missam, ante suum ad se-

A. C. kom til ſtóls í *Skálaholt*. Enn í öll-
1195 um löndum er ſú virding á, at eckt ſe minna vert at hlýda preſts meſſu hinni fyrſtu nývígds, helldr enn Biſcups meſſu einhverri, enn petta mátti því meira, ſem þá var bædi ſenn at hlýda preſts meſſu oc Biſcups hinni fyrſtu, oc dreif þá ſídan fiölldi manna í *Skálaholt* til þeirra fagnadar (c) erinda, at hlýda meſſo *Páls* Biſcups. Par vóru þá margir göfgir menn vid ſtaddir, *Jón Loptsſon* fadir hans, *Sæmundr* oc *Ormr* brædur hans, oc *Gitzur Halls*ſon, oc var þar þá mikit fiölmenni. Biſcup mælti þá lángt mál oc fagurt, oc þá hét hann þegar því ſem fleſtir urdu fegnaſtir, at hann mundi öll bod þau bióda, ſem *Þorlákr* Biſcup hafdi bodit. Þat mátti oc þá þegar brátt ſiá, er hann tók yfirför um fýſlu ſína, hverſu blídr oc þeckr hann var vid alla ſína undirmenn, oc hverſu óvandr hann let giöra vid ſic, öllum er hönum ſkyldu þeina vinna, edr adra hlúa þá er ſkyldr var hann

at

(c) tídenda. A. B. C. D. *Sv.*

Digitized by Google

dem Scalholtensem *adventum; in omnibus enim terris ita fere judicatur, qvod minoris momenti non sit, primæ sacerdotis, nuper inaugurati, missæ interesse, qvam missæ episcopi, qvæ res hic fuit eo insignior, qvod prima & sacerdotis & episcopi missa audiretur. Hinc magna hominum multitudo ad* Scalholtum *confluxit, ut* Pauli *episcopi primam missam auscultantes novo hoc gaudio animum pascerent. Multi igitur nobiles viri ibi præsentes fuere,* Joannes Lopti *filius, pater episcopi,* Sæmundus & Ormus *fratres ejus,* & Gissur Halli *filius, una cum alia hominum multitudine. Tunc episcopus longum & concinnum orsus sermonem, id mox pollicitus est, qvo plurimorum maxime lætabatur animus, omnia se ea mandaturum, qvæ* Thorlacus *episcopus olim mandaverat. Docuit mox etiam experientia, cum suam obire cœpit provinciam, erga omnes subditos qvam blandus esset & amabilis, & qvam parabili apparatu excipi vellet ab omnibus, qvorum erat, vel hospitio eum aut conviviis excipere, vel aliis honoris officiis colere;* A. C. 1195

A. C. at tigna, vard hann vid þat svo ást-
sæll vid alþýdu, at allir unnu honum
hugástum, náliga um allt land, bædi
í sinni sýslu, oc svo annari sýslu ei
at sídr. Þat var oc audsýnt hve mik-
ill femadr hann mundi vera fyri
sakir umsiár oc skörúngskapar allt
1196 af í sífellu. *Páll* Biscup hafdi einn
vetr setit í *Skálaholti* ádr *Herdís*, kona
hans kom þángat til umsýslu fyrir
innan stock, oc var honum svo mikil
stod oc styrkr at, bædi stadinum oc
honum siálfum, sem eingi vard önnur
slík af mönnum medan hann var at
stóli. Svo var skörúngskapr hennar
mikill oc umsýsla, at hún hafdi fá
vetr þar verit ádr þar var hvervetna
ærit (d) nóg þat er hafa þurfti, oc
einskis þurfti (e) adra at bidia, þótt
C manna væru á búi, enn LXX edur
LXXX heima manna.

VI.

(d) ærit miöc. A. D. ærit O.
(e) þurfti þá í bú at bidia. *Sv.*

quæ res favorem populi universi adeo ei A. C.
conciliavit, ut omnes, per totam propemodum insulam, ei optime cuperent, tam istius, cui ipse præerat, quam alterius dioeceseos incolæ. Facile etiam apparuit, quam esset in parandis opibus felix, rem juvante provida, qua usus est, cura, & strenua in rebus omnibus administrandis opera. Unam hiemem in Skalholto *sederat* Paulus *episcopus, cum uxor* 1196
ejus Herdisa *illuc veniret, rem familiarem intra domum administratura, id quod & ipsi & sedi tanto erat adminiculo atque auxilio, quantum, quoad sedi præfuit, alius nullus ei præstare potuit. Huic rei adhibuit illa insignem adeo operam, eam curam & diligentiam, ut paucæ effluerent hiemes, antequam omnium rerum, quibus opus esset, ibi exstaret abundantia tanta, ut nulla in re opem aliorum flagitare necesse esset, licet centum quandoque homines ibi hospites alerentur, præter septuaginta aut octoginta homines domesticos.*

A. C. 1196.

VI. Cap.

Páll Biscup sá þat brátt, er hann kom til stóls í *Skálaholti*, at honum þótti þat skylt, at stydia oc styrkia oc til loka færa, er hinn heilagi *Þorlákr* Biscup hafdi sinn vilia um sýndann, oc hann let kaupa til. Enn þat var at búa um kluckur þær er hann hafdi keypt til stadarins í *Skálaholti*, er þá vóru beztar á öllu *Islandi*, oc hann hafdi oc IIII tre út haft med kluckunum, tvítug at hæd, álnum at mæla. *Páll* Biscup feck til sidan þann mann, er hagastr var á öllu *Islandi*, á tre, er *Amundi* het *Arnason*, oc let giöra stöpul, svo mioc vandadann at efnum oc smídi, at hann bar ei minnr af öllum tresmídum á *Islandi*, enn ádr kyrkian siálf. Hann let oc giöra kyrkiu uppi í stöplinum, oc rid upp at gánga, oc vígdi hann þá kyrkiu hinum heilaga *Þorláki* Biscupi, hinn X í jólum, oc bió þá kyrkiu at öllu (f) fagrliga oc feck þar hvervetna

(f) virduliga.

Cap. VI.

A. C. 1196

Ad cathedram Skalholtenſem *poſtquam acceſſerat* Paulus *epiſcopus, mox juſtum eſſe judicavit, ut confirmaret, promoveret, & ad finem perduceret omnia, quæ ſibi cordi eſſe* Sanctus Thorlacus *epiſcopus oſtenderat, quæque coeptum fecerat, videlicet ut locum pararet campanis illis, quas* (Thorlacus) *in cathedræ* Skalholtenſis *uſus emerat, tunc temporis omnium in tota* Islandia *optimas. Una cum his campanis quatuor etiam ligna adjecerat, altitudine viginti ulnarum, ſi ulnis eſſent menſuranda. Hinc per fabrum lignarium, qui in tota* Islandia *eam artem omnium optime callet, nomine* Amundium Arniæ *filium, exſtrui curavit turrim ligneam, & materia & arte adeo affabre factam, ut aliis in* Islandia *ligneis ædificiis illa non minus præſtaret, quam ipſum inter ea excellit templum. In turri etiam ſuperiore ſtrui curavit ſacrarii ædiculam, quique ad eam ducebant, gradus. Hanc ædiculam* Thorlaco Sancto *epiſcopo, decimo natalitiorum Chriſti die, conſecravit, per omnia elegantiſſimè exornatam,*

Digitized by Google

